

CAPUT II.

De Excommunicatione.

DUBIUM I.

Quid sit, et quotuplex.

133. *Quid excommunicatio. Quaenam veniat illius nomine, major ne an minor; et qui sint vitandi.* — 134. *Resolutiones.* — 135. *Quid requiratur ut quis sit vitandus. Vide constitutionem concilii Constantiensis.* — 136. *De 1^a conditione, ut sit nominatim excommunicatus.* — 137. *De 2^a conditione, ut sit publice denunciatus.* — 138. *An liceat toleratis cum aliis communicare.* — 139. *An peccet inducens excommunicatum toleratum ad communicandum in divinis sine necessitate.* — 140. *An idem de suspensio et interdicto vitando.* — 141. *Quando percussor clerici sit vitandus.* — 142. *An ad vitandum eum requiratur notorietas facti.* — 143. *An sufficiat ut alicui factum sit notum.* — 144. *An requiratur etiam notorietas juris.* — 145. *An percussor notorius in uno loco sit vitandus in aliis ubi non est notus.* — 146. *Quando possit credi vitandus absolutus.*

Quid sit
excommu-
nicatio.

133. - « Resp. Excommunicatio est « censura per quam quis privatur com-
« munione Ecclesiae ».

« Estque duplex: *minor*, quae tantum
« privat usu passivo, seu receptione sa-
« cramentorum; et *major*, quae etiam
« dicitur anathema, ac in jure fere semper
« nomine excommunicationis intelligitur »;
[Habetur in cap. *Si quem 59, de sent. excom.*, quod nomine *excommunicationis* intelligatur major, non minor; et ita auctores apud Croix ¹. Per *anathema* autem intelligitur excommunicatio major, lata cum majore solemnitate]. « Privatque
« omni communione ecclesiastica, secun-
« dum dicenda ». [Non dicitur simpliciter
omni communione: nam etiam excommu-
nicatus cum fidelibus tamquam membris
unius corporis communicat in pluribus
bonis spiritualibus; sed additur *ecclesia-
stica*, id est pro bonis quorum distri-
butio ad Ecclesiam pertinet. Vide Salmant. ²].

« Per hanc majorem excommunicatus
« rursus est duplex: *Toleratus* quem fide-
« les non tenentur vitare; *non toleratus*,
« quem tenentur vitare. — Et quidem
« post concilium Constantiense, non tole-

« rati sunt hi tantum: 1^o. Notorius cle-
« rici percussor, de quo infra. 2^o. Quivis
« nominatim excommunicatus et speciali-
« ter ac publice denunciatus ».

134. - Unde resolves:

« 1^o. In Germania catholici secure com-
« municant cum iis qui notorie sunt hae-
« retici et consequenter excommunicati;
« quia non sunt nominatim excommunicati
« ac publice denunciati.

« 2^o. Non teneris vitare eum quem scis
« peccasse contra legem, per quam illi,
« etiam in particulari, sub poena excom-
« municationis aliquid est vetitum vel
« praeceptum. — Quia requiritur ut per
« sententiam expressam et specialem,
« contra personam in particulari, post
« peccatum commissum, censura sit pu-
« blicata (v. gr. ut Joannes sit denuncia-
« tus excommunicatus); vel saltem ita
« exprimat personam ut non liceat de
« ea dubitare (v. gr. excommunicamus
« talis loci decanum, praetorem) ».

Nota hic quod agere rem sub excom-
municatione majori vetitam ^{a)} non excusa-
tur a culpa gravi. Salmant. ³ cum S. Thoma,
Suarez, Lezana et communi. — Nota
deinde quod si peccatum est vetitum sub

Quaedam
consecraria.

Excommu-
nicatus to-
leratus et
non tolera-
tus.

¹ Lib. 7, n. 177. — ² Tr. 10, cap. 3, n. 1. — ³ Tr. 10, cap. 3, n. 7. - S. Thom., Suppl. qu. 28, art. 3. - Suar.,

disp. 16, sect. 1, n. 9. - Lezana, Sum., v. *Excommuni-
catio*, n. 7 et seqq. et n. 43.

134. - ^{a)} Id est rem quae vetita est ra-
tione excommunicationis in quam quis jam

incurrit. Et auctores citati dicunt esse mor-
tale, sub quibusdam restrictionibus.

censura ex eodem motivo (puta si vetetur homicidium), peccans unum peccatum committit. Secus ^{b)}, si ex diverso motivo (ut si vetetur homicidium clerici ob reverentiam status). Est commune cum Laymann¹, Palao, Avila et Salmant.²

« 3^o. Licet dicatur: *Excommunicamus « Petrum, v. gr. incendiarium et ejus com- « plices, solus Petrus vitandus est; non « vero alii, etsi sint notorii. Quia sen- « tentia quoad illos est tantum generalis, « et non specialis contra certam perso- « nam.*

« 4^o. Non teneris vitare eum qui pri- « vatim in conclavi est denunciatus; quia « id non est factum publice: ad hoc enim « requiritur ut sententia legatur vel affi- « gatur alicui loco celebri, v. gr. in templo, « tempore concionis, vel aliter pro more « regionis ».

135. — Notandum hic olim omnes excom-
municatos fuisse vitandos. — Post constitu-
tionem vero concilii Constantiensis quae
incipit: *Ad evitanda* (cujus exemplum nunc
non exstat ^{a)}, sed legitur apud S. Antoni-
num et Sotum; ultra quod sufficit fuisse
confirmatam a Martino V, in extrav. *Ad
evitanda*) vitandi tantum sunt *nominatim*
excommunicati ac denunciati, et publici
percussores clericorum. Verba constitu-
tionis relatae a Salmant.³ haec sunt: *Ad
evitanda scandala ... indulgemus quod
nemo deinceps a communione alicujus
in sacramentorum administratione, vel
receptione, vel aliis quibuscumque divi-
nis, vel extra, praetextu cujuscumque
sententiae aut censurae, a jure vel ab
homine generaliter promulgatae tenea-
tur ... aliquem vitare aut interdictum ec-
clesiasticum observare: nisi sententia vel
censura ejusmodi fuerit in vel contra per-
sonam, collegium, etc., vel locum cer-
tum ... a iudice publicata vel denunciata*

¹ Lib. 1, tr. 5, part. 1, cap. 5, n. 1. — Palao, tr. 29, disp. 1, punct. 7, n. 16. — Avila, part. 2, cap. 5, disp. 1, dub. 11. — ² Tr. 10, cap. 3, n. 8. — S. Anton., part. 3, tit. 25, cap. 3. — Sotus, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 4. — ³ Tr. 10,

^{b)} Primum distinctionis membrum dumtaxat habent Laymann, Palao et Avila; sed hi duo ultimi innuunt etiam alterum.

135. — ^{a)} Reperitur fere iisdem verbis apud Harduinum, *Collect. Concilior., tom. 8,*

specialiter vel expresse... Salvo, si quem pro sacrilega manum injectione in clericum sententiam latam a canone, adeo notorie constituerit incurrisse, quod factum non possit aliqua tergiversatione celari nec aliquo suffragio excusari: nam a communione illius, licet denunciatus non fuerit, volumus abstinere, juxta canonicas sanctiones. Sed inde additur ^{b)}. Per hoc tamen, hujusmodi excommunicatos, suspensos et interdictos seu prohibitos, non intendimus in aliquo relevare, nec eis quomodolibet suffragari.

Sunt igitur vitandi tantum *nominatim* excommunicati ac denunciati, et deinde *notorii percussores clericorum*. — De singulis hic discutiemus.

136. — I. Et quoad primos, ut aliquis excommunicatus sit vitandus, juxta prae-
laudatum decretum:

Requiritur 1^o. *Ut sit nominatim excommunicatus*, expresso nomine per verba aut signa indubitata, v. gr. *Excommunico praetorem Salmantinum*: et ita ut non possit cum alio praetore aequivocari: ut notant Sotus, Avila et Salmant.⁴ Ex quo infertur quod non tenemur vitare haereticos, etiamsi notorium sit hos esse a jure excommunicatos: nisi sint insuper nominatim excommunicati et denunciati. — Nec obstat 1) decretum posterius concilii Basileensis, quo sancitum fuit esse vitandos omnes notorie excommunicatos. Nam respondetur 1^o cum Turrecremata, Salmant. et aliis doctoribus communiter, quod decreta dicti concilii edita post schisma (prout hoc decretum editum fuit) ab Eugenio IV fuerunt revocata (Vide dicta *Lib. I, n. 133*). Resp. 2^o quod tale decretum, quamvis legitimum fuisset, a contraria consuetudine Ecclesiae fuit abrogatum; et decretum concilii Constantiensis communiter fuit receptum. Ita commu-

cap. 3, n. 10. — Sotus, loc. cit., v. *Tenor autem* et v. *Quocirca*. — Avila, part. 2, cap. 6, disp. 2, dub. 3. — ⁴ Loc. cit., n. 15. — *Turrecr.*, Sum. de Eccl., lib. 2, cap. 100. — *Salmant.*, tr. 10, cap. 3, n. 13.

fol. 892, inter « Martini V Papae et Germanicae nationis concordata in concilio Constantiensi », n. 7.

^{b)} Haec clausula habetur quidem apud Salmant.; sed apud Harduinum *tom. 8, fol. 1195,*

niter doctores. Vide Salmant.¹. — Nec obstat 2) dicere quod saltem ex jure divino tenemur publice excommunicatos, maxime haereticos, vitare, ex illo ad Titum, III: *Haereticum hominem, post unam et secundam correptionem, devita*; et ex Epistola II Joan. *Nolite recipere eum in domum, nec ave ei dixeritis*. Hoc enim respondetur intelligi praeceptum, quando esset periculum quod ab eo inficeremur, vel si scandalum adesset ^{a)}, aut si spes esset fore ut delinquens ex vitatione resipisceret. Salmant.²

137. — Requiritur 2^o. *Ut reus publice excommunicatus publice etiam denun-
tietur.*

Circa quod notandum est 1^o Quod non sufficit, si denuntiatio fiat coram litigantibus; sed debet fieri in loco publico (prout in ecclesia, tempore Missae vel concionis), et in charta affigi in loco publico ^{a)} vel alibi, juxta usum regionis. — Palao³, Salmant.⁴; Croix⁵ cum Suarez, Henriquez, Coninck, Avila, Hurtado. — Et in dubio an quis excommunicatus sit sufficienter denunciatus ^{b)}, non tenemur eum vitare (ut notat Croix⁶ cum Dicastillo et aliis), nisi adesset periculum scandali ^{c)}. — Sufficit tamen, ut teneamur vitare, si constet nobis esse illum denuntiatum per famam publicam vel per testi-

^{2o} Debet esse publice denunciatus.

Modus denuntiationis.

Ut quis sit vitandus, 1^o Debet esse nominatim excommunicatus.

Satisfit objectionibus.

¹ Tr. 10, cap. 3, n. 13. — ² Loc. cit., n. 14. — ³ Tr. 29, disp. 2, punct. 4, n. 6. — ⁴ Loc. cit., n. 15. — ⁵ Lib. 7, n. 185. — *Suar.*, de Censur., disp. 9, sect. 2, num. 8, v. *Dubitant*. — *Henricq.*, lib. 13, cap. 5, n. 1, in text. et comment., lit. e. — *Coninck*, disp. 14, n. 10. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 2, dub. 3, concl. 3. — *Gasp. Hurtad.*, de Excom., disp. 2, diff. 3, n. 7. — ⁶ Loc. cit., n. 186. — *Dicast.*, de Censur., disp. 2, n. 403, 596 et seqq. — ⁷ Loc. cit., n. 186. — *Dicast.*, loc. cit., n. 405. — ⁸ Tr. 10, cap. 3, n. 16. — ⁹ Loc. cit., n. 15. —

monium etiam unius personae gravis auctoritatis; ut Croix⁷ cum Navarro ^{a)}, Dicastillo, etc.

Notandum 2^o Quod excommunicatus a jure (nisi crimen sit notorium) debet prius a suo proprio superiore citari ut se defendat (Salmant.⁸); juxta dicta supra, n. 55, in fine. — Et deinde debet publice ut excommunicatus denunciari seu declarari. Sufficit autem ut excommunicatus a jure tantum denuntietur tamquam talis, ut jam sit vitandus. Salmant.⁹. — Non vero sufficit si reus sententia declaretur tantum quod commiserit crimen cui annexa est excommunicatio, ut alias tenent sufficere Suarez, Sayrus, Avila, etc., apud Salmant.¹⁰. Nam verius requiritur ut expresse declaretur excommunicatus; uti docent Sanchez¹¹, Palao¹², Roncaglia¹³, et Salmant.¹⁴ cum Bonacina ^{e)}, Reginaldo, Diana, etc. (quod probabile putat Croix¹⁵). Ratio, quia in decreto concilii Constantiensis et in *extravagananti* Martini V dictum est neminem esse vitandum, *nisi sententia vel censura ejusmodi fuerit ... a iudice publicata vel denunciata specialiter vel expresse*. — Ex quibus verbis Gibalinus cum Sanchez addit nec sufficere si declaretur reus incurrisse omnes censuras criminis annexas, nisi in specie denuntietur excommunicatus.

Suar., disp. 9, sect. 2, num. 10, v. *Ado*. — *Sayr.*, lib. 2, cap. 12, num. 20. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 2, dub. 3, concl. 3, v. *Sed est primo*. — ¹⁰ Loc. cit., num. 17. — ¹¹ Decal., lib. 2, cap. 9, n. 4. — ¹² Tr. 29, disp. 2, punct. 4, num. 6. — ¹³ Tract. 4, qu. 2, cap. unic., qu. 2, resp. 1. — ¹⁴ Tract. 10, cap. 3, num. 17. — *Regin.*, lib. 1, num. 118, v. *Appendix*. — *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 62. — ¹⁵ Lib. 7, n. 183. — *Gibal.*, disquis. 7, qu. 1, n. 19. — *Sanch.*, loc. cit., n. 4, i. f.

habetur tantum, et quidem fere eisdem verbis, in *sess. 20 concil. Basileensis*, § 2, itemque apud Labbe, *tom. 17, fol. 316*.

136. — ^{a)} Salmant. non loquuntur expresse de scandalo.

137. — ^{a)} Quod charta affigi debeat, praetermittit Palao; reliqui vero auctores citati de ea disjunctive loquuntur; et requirunt quod denuntiatio fiat in loco publico, vel quod charta affigatur, vel alio modo publicetur juxta regionis consuetudinem.

^{b)} Auctores citati loquuntur de dubio utrum excommunicatus sit denunciatus.

^{c)} Vel periculum irritum reddendi sacramentum, ut addit Croix, *loc. cit.*

^{a)} Navarrus, *Man., cap. 27, n. 27*, concordat quidem, loquens de eo, « qui a fide dignis » audivit illum esse denuntiatum. Et in *Consil., lib. 5, consil. 54, de sent. excom., num. 3*, dicit videri satis esse famam de excommunicatione cum denuntiatione. De unico teste non loquitur; imo, *Man., cap. 22, num. 82, v. Decimo tertio*, negat satis esse unicum testem, etiam fide dignum et juratum, ad inducendum necessitatem credendi quod subsit impedimentum matrimonii jam contracti.

^{e)} Bonacina, *disp. 2, qu. 2, punct. 1, § 1, num. 2, v. Quarto*, id ut probabilissimum habet.

Reus debet expresse denunciari excommunicatus.

Possumus publice vitare non-dum denuntiatum.

Notandum 3^o. Quod, licet vitare non teneamur excommunicatum non denuntiatum, possumus tamen vitare, etiam publice, eum qui publice est notus ut excommunicatus ^{f)} uti recte dicunt Avila et Dicastillus, apud Croix ¹.

138. — Notandum 4^o. Quod, etsi permissum sit aliis communicare cum excommunicato tolerato; attamen (prout patet ex verbis concilii ut supra) cuiuscumque etiam clam excommunicato interdictum est cum aliis communicare tam in divinis quam in humanis.

Sed dubium hic fit: an liceat fidelibus cum illo communicare in divinis et sine necessitate? — Dixi: *in divinis*; nam in humanis certum est semper licere. Dixi item: *sine necessitate*; quia in casu necessitatis vel specialis utilitatis, puta, si alius aequae utilis non inveniatur, licite potest quisque ab excommunicato sacramenta petere. — Ita Suarez ², Palaus ³; et Salmant. ⁴ cum Coninck et Cornejo.

139. — Quaeritur igitur: *an liceat communicare in divinis cum excommunicato tolerato sine necessitate vel utilitate?*

Negant Pontius ^{a)}, Suarez ⁵; et Avila, Valentia ^{b)} ac Coninck ^{c)}, apud Salmant. ⁶ — Quia, licet communicans non agat contra praeceptum censurae; agit tamen contra caritatem, inducendo excommunicatum ad actum illicitum. Nisi (exci-

Avila, part. 2, cap. 6, disp. 11, dub. 11. — Dicast., disp. 2, num. 395 et 418. — ¹ Lib. 7, n. 184. — ² Disp. 11, sect. 4, num. 11 et seqq. — ³ Tract. 29, disp. 2, punct. 5, num. 3. — ⁴ Tr. 10, cap. 3, num. 23. — Coninck, disp. 14, n. 16 et 17. — Cornejo, de Excom., disp. 10, § 1, dub. ult., qu. 2, post Dico 2, v. *Et si roges*. — ⁵ Loc. cit., a. n. 10. — Avila, part. 2, cap. 6, disp. 8, dub. 1, concl. 3, dub. 2,

piunt) ille esset paratus sacramenta ministrare, aut nisi teneretur ea praestare ex officio, nempe si esset parochus; quia tunc alter utitur jure suo.

Probabilius vero affirmant universe Sanchez ⁷, Palaus ⁸, Bonacina ⁹; et Salmant. ¹⁰ cum Soto, Hurtado, Sayro, Cornejo ^{d)}, Gibalino, Henriquez ^{e)}, etc. Ratio, quia, quando excommunicatus rogatus communicat, v. gr. sacramenta ministrat nec ipse tunc peccat; nam, si ipse adhuc peccaret, inutilis evaderet concessio facta fidelibus a concilio, dum eis, saltem indirecte, ratione caritatis prohiberetur communicatio. Quare, cum fidelibus communicatio cum excommunicato universe concessa sit, indirecte indultum est etiam excommunicatis cum fidelibus petentibus communicare. — Hoc tamen currit, si sacramenta petantur ab excommunicato; quia, si petantur a ministro existente in mortali, ad licite petendum requiritur equidem causa justa, secundum dicta Lib. VI, n. 88, v. *Resp. 3*.

140. — Notandum 5^o. Quod haec quae hucusque dicta sunt de excommunicato currunt pariter *de suspensio aut interdicto vitando* in iis rebus in quibus vi suspensionis vel interdicti vetitum est eis communicare: ita ut usquequod non sint publice denunciati, possimus indifferenter communicare cum illis; quia concilium

opin. 3 et 5. — ⁶ Tr. 10, cap. 3, num. 23. — ⁷ De Matr., lib. 7, disp. 9, num. 8. — ⁸ Loc. cit., num. 5. — ⁹ Disp. 2, de Excom., qu. 2, punct. 2, § 3, num. 4. — ¹⁰ Loc. cit., n. 25. — Sotus, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 4, concl. 1, v. *Aut vero illic*. — Gasp. Hurtad., de Excom., disp. 2, diff. 4. — Sayr., lib. 2, cap. 12, num. 10. — Gibal., disquis. 7, qu. 1, num. 13.

Probabilius universe licet.

Juxta quosdam, valet et pro irregulari.

Quid sit notorietas juris.

Et quid notorietas facti.

Hoc valet etiam pro suspensio et interdicto.

loquitur universe de quacumque censura. Palaus ¹; et Salmant. ² cum Sayro, Cajetano, Guterierrez, etc., communiter. — Et idem asserit ibid. ³ Avila de *irregulari*: qui, si non sit denunciatus, non est vitandus. Hinc ait licite posse fideles a parcho irregulari, etiam ob publicum homicidium, sed non denunciato, petere Missam et sacramenta, cum concilium loquatur tam de impeditis per censuram quam per quamcumque sententiam, per verba *ro cuiuscumque sententiae vel censurae*.

141. — II^o. Quoad vero *percussores clericorum*, hi ut sint *vitandi*, requiritur ut sint *notorii*.

Sed hic quaeritur: *an requiratur notorietas juris vel facti?*

Notorium *juris* dicitur quod notum est vel per sententiam iudicis, vel per confessionem rei in iudicio, vel per sufficientem depositionem iudicalem testium.

Notorium autem *facti* dicitur quod notum est majori parti collegii, monasterii, viciniae vel magno numero personarum, sive quod creditur mox venturum ad earum notitiam. — Nam, ut bene notant Salmant. ⁴ cum Bonacina ^{a)}, Hurtado, Navarro ^{b)}, in magna civitate non requiritur ut factum sit notum majori parti civium; verum non sufficit contra ut sciant quatuordecim testes, ut dicunt Salmant. ⁵ cum auctoribus citatis ^{c)}. Licet Dicastillus

¹ Tr. 29, disp. 2, punct. 5, num. 8. — ² Tr. 10, cap. 3, n. 21. — Sayr., lib. 2, cap. 12, n. 21. — Cajetan., in 3^{am} P., qu. 82, art. 9. — Guter., Canon. quaest., lib. 1, cap. 1, n. 48 et 45. — ³ Ap. Salmant., loc. cit. — Avila, part. 2, cap. 6, disp. 2, dub. 5, concl. 2. — ⁴ Tr. 10, cap. 3, n. 19. — Gasp. Hurtad., de Excom., disp. 2, diff. 3, n. 9. — ⁵ Loc. cit. — Dicast., disp. 2, num. 427. — ⁶ Lib. 7, num. 182. —

apud Croix ⁶ putet quod si percussio fiat in foro coram septem, dicenda sit notoria; secus, si fiat in domo privata ^{d)} aut in monasterio (Vide dicta Lib. III, n. 975). — Sufficit autem fama communis orta a viris fide dignis et integre probata: quae quidem jam praebet moralem certitudinem, ut Palaus ⁷, Bonacina ^{e)}; Salmant. ⁸ cum Sayro ^{e)} et aliis. — Putant tamen Viva ⁹; Avila et Dicastillus, apud Croix ¹⁰, non sufficere famam quod quis percusserit, sed requiri etiam famam quod publice percusserit. Imo docent Suarez, Molina ^{f)} et Dicastillus, ibid. ¹¹, non sufficere publicam hujusmodi infamiam quando haec non procedit ex notorietate facti per testes oculatos: alias dicitur crimen famosum, sed non notorium. Et hoc Croix probabile censet ex verbis bullae *Ad evitanda* (ut supra, n. 135), ubi: *Si... sententiam latam a canone adeo notorie constiterit incurrisse, quod factum non possit aliqua tergiversatione celari*. Hinc, ut dicit Viva ¹², non erit notorius percussor, qui laborat publica infamia quod clericum percusserit, si revera ipse non percusserit publice.

142. — His positis. — Dubitatur 1^o. *An sufficiat, ut percussor clerici sit vitandus, sola notorietas juris?*

Resp. Negative cum communi. Namque, licet olim ante concilium Constantiense sufficiebat notorietas juris, quia

Non sufficit sola notorietas juris.

¹ Tr. 29, disp. 2, punct. 4, n. 7. — ² Loc. cit., n. 19. — ³ De Censur., qu. 3, art. 2, n. 5. — Avila, part. 2, cap. 6, disp. 11, dub. 11, post concl. 3. — Dicast., disp. 2, n. 428. — ⁴ Loc. cit., num. 182. — Suar., de Censur., disp. 9, sect. 2, n. 11. — Dicast., disp. 2, n. 426. — ⁵ Ap. Croix, lib. 7, num. 182 et 179. — ⁶ De Censur., qu. 3, artic. 2, num. 5.

^{f)} Dicastillus et Croix limitant, et negant haereticos in Germania posse repelli a contractibus publicis et similibus.

139. — ^{a)} Pontius, lib. 5, cap. 18, § 9, quamvis aliquot distinctiones ponat, eo tamen recidit ut solam utilitatem agnoscat tamquam causam sufficientem. De parcho vero n. 66, scribit: «Ex eo solum quod aliquis petat sacramentum a suo parcho non posse excusari».

^{b)} Valentia, in 3^{am} Part., disp. 7, qu. 11, punct. 3, v. *Alias autem*, concordat loquens de Poenitentiae sacramento quod quis a tolerato petit. Et innuit exceptiones, quatenus dicit illum peccare *inducendo ad peccatum, vel offerendo ei occasionem peccandi*.

^{c)} Coninck, disp. 14, n. 15, dicit licitum esse cum toleratis communicare in divinis, ita tamen «nt nullo modo alterum inducam ad rem aliquam sacram faciendam»; hinc ait licitum esse audire sacrum ab excommunicato; minime vero posse ab eo recipere sacramenta, etiamsi publice ad hoc se offerat, quia sacramenta non possunt recipi ad hujusmodi ministro, «nisi me ei offerendo et hoc faciendo, virtualiter ea ab ipso petam».

^{d)} Cornejo, loc. cit., dub. ult., qu. 2, v. *Dico 2*, et v. *Et si roges*; Henriquez, lib. 13, cap. 6, n. 3 et 4; et cap. 10, n. 3, tenent primam sententiam, quidquid asserant Salmant.

141. — ^{a)} Bonacina, disp. 2, qu. 2, punct. 1, § 1, n. 5, dicit: In magna communitate «videtur major numerus requiri, quam requiratur respectu alicujus collegii». Et, n. 6: «Delictum commissum coram decem non esse notorium respectu magnae civitatis».

^{b)} Navarrus, *Man.*, cap. 25, n. 73, v. f., ait: «Multa sunt in magna urbe, quae licet non sint ei toti notoria, sunt tamen talia regionis, viciniae aut collegio; quod satis est ut aliquid notorium dicatur».

^{c)} Salmant. non satis distincte citant auctores; et profecto nullus ex allatis praeter ipsos Salmant., id habet.

^{d)} Seu, ut dicit Dicastillus, loc. cit., si fiat

in domo privata coram septem, «nec erit notorium in civitate si id accidat in conventu religiosorum».

^{e)} Bonacina; loc. cit., punct. 1, § 1, n. 9, requirit «publicam famam, qua certo moraliter sciatur... notoriam extitisse clericum percussorem». — Sayrus autem, lib. 2, cap. 12, n. 24; «Sufficit, inquit..., fama publica denuntiationis».

^{f)} Molina loquitur de notorietate facti in universum, de *Just. et Jure*, tr. 4, disp. 31, n. 1, ad quam «in primis evidentiis est necessaria... Neque satis est tres, quatuor aut quinque asserere, se id vidisse, evidentiis cognitione id scire».

tunc omnis excommunicatus erat vitandus; nunc tamen requiritur etiam notorietas facti, ex verbis illis: *Quod factum non possit aliqua tergiversatione celari.* — Ita Suarez¹, Palaus², Bonacina³; Croix⁴ cum Laymann⁵; et Salmant.⁶ cum Coninck^{a)}, Avila, etc.

Limitatio.

Advertendum tamen est quod, sicut est vitandus is quem per publicam famam constat fuisse notorium clerici percussorem (ut dictum est supra): ita etiam vitare debemus eum qui per sententiam iudicis (juxta concilium Constantiense) denuntiatus est vitandus; quia tunc per talem sententiam satis certi evadimus etiam de notorietate facti. — Vide Croix⁶.

143. — Sed dubitatur 2°. *An sufficiat ut factum sit alicui notum, quamvis aliis sit occultum, ut ille percussorem vitare teneatur?*

Affirmant Suarez, Dicastillus et alii, apud Croix⁷; quia factum jam illi notorie constat. — Sed probabilius negant Bonacina⁸ cum Avila; et Palaus⁹ cum Navarro^{a)}, Laymann, Hurtado ac Coninck^{b)}; et Croix¹⁰ cum Pignatello. Quia ex verbis mox relatis jam satis apparet requiri ut crimen sit simpliciter notorium, id est pluribus notum, ita ut celari non possit.

144. — Dubitatur 3°. *An ultra notorietatem facti, ut percussor sit vitandus, requiratur notorietas juris, id est quod reus sit etiam in iudicio confessus vel per sententiam damnatus?*

Visum est alicui omnino negandum,

¹ Disp. 9, sect. 2, n. 11, v. Circa. — ² Tr. 29, disp. 2, punct. 4, n. 6. — ³ Disp. 2, qu. 2, punct. 1, § 1, n. 3. — ⁴ Lib. 7, n. 180. — Laym., lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 4, n. 2. — ⁵ Tr. 10, cap. 3, n. 18. — Avila, part. 2, cap. 6, disp. 2, dub. 4. — ⁶ Loc. cit., n. 181. — Suar., disp. 9, sect. 2, n. 12. — Dicast., disp. 2, n. 425. — ⁷ Loc. cit., num. 179. — ⁸ Disp. 2, qu. 2, punct. 1, § 1, n. 7. — Avila, loc. cit., dub. 4, v. Secundo. — ⁹ Tr. 29, disp. 2, punct. 4, n. 6. — Laym., loc. cit., num. 2. — Gasp. Hurtad., de Excom., disp. 2, diff. 3, n. 10. — ¹⁰ Lib. 7, n. 179. — Pignatell., tom. 10, consult. 115, n. 49. — Coelest. Sussion., Compend. theol. mor., tr. 3,

casu quo factum nulla possit tergiversatione celari (ut supra).

At probabiliter quidem affirmant Avila^{a)}, Caelestinus, Fagundez, Covarruvias, quos sequuntur Salmant.¹¹ et Roncaglia¹². — Ratio, quia dicit textus (vide n. 135), quod ad obligationem vitandi percussorem requiritur ut constet non solum percussisse, sed etiam censuram incurrisse, ita ut factum non possit celari, nec (nota, ut additur) *aliquo suffragio excusari*. Ideo, usquedum reus non sit in iudicio confessus aut condemnatus, semper aliquo suffragio valet excusari, dicendo v. gr. se ad defensionem percussisse, ebrium fuisse, ignorasse censuram, etc. — Huic sententiae adhaeret Diana¹³, ubi dicit: *Quamobrem raro continget, percussorem clerici ita notoriam esse facto, ut non possit aliquo juris remedio aut probabilitate aliqua excusari*. Et idem docent Viva¹⁴, et Pignatellus apud Croix¹⁵. — Quare, nisi saltem constet facto quod percussor advertenter voluerit censuram incurere, probabiliter nunquam est vitandus.

145. — Dubitatur 4°. *An percussor clerici notorius in uno loco sit vitandus in alio ubi non est notorius?*

Affirmant^{a)} Henriquez, Bonacina, Vasquez, apud Salmant.¹⁶; quia a concilio universe fuit declaratus ut vitandus, qui alicubi fuit notorius clerici percussor. — At probabiliter negant Palaus¹⁷, Sanchez¹⁸ et Salmant.¹⁹ Quia (ut dicunt) factum publicum in uno loco non vere est

cap. 9, v. Tertia difficultas. — Fagund., de 1° Praec. Eccl., lib. 2, cap. 5, num. 12. — Covar., in cap. Alma mater, part. 1, § 2, n. 7, v. Tertia hinc, et n. 9. — ¹¹ Loc. cit., num. 18 et 19. — ¹² Tr. 4, qu. 2, quaestiu. 2, resp. 2. — ¹³ Part. 5, tr. 9, resol. 61. — ¹⁴ De Censur., qu. 3, art. 2, n. 5. — Pignatell., tom. 4, consult. 133, n. 10. — ¹⁵ Lib. 7, n. 181. — Henrig., lib. 13, cap. 6, n. 1. — Bonac., disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2, n. 48. — Vasq., de Excom., dub. 8, num. 2. — ¹⁶ Tr. 10, cap. 3, num. 20. — ¹⁷ Tr. 29, disp. 2, punct. 4, num. 8. — ¹⁸ Decal., lib. 2, cap. 11, num. 20. — ¹⁹ Loc. cit., n. 20.

142. — ^{a)} Coninck, disp. 14, n. 11, rem solum innuit.

143. — ^{a)} Navarrus, Man., cap. 25, n. 73, explicat in genere quid requiratur ad hoc ut aliquod notorium dicatur; et concordat.

^{b)} Coninck, disp. 14, n. 11, hoc tantum innuit.

144. — ^{a)} Avila, part. 2, cap. 6, disp. 2, dub. 4, v. Tertia sequitur: « Licet factum sit notorium, inquit, tamen, si est aliquod dubium juris, non tenemur eum vitare ».

145. — ^{a)} Affirmant quidem, non de notorio percussore clerici in specie, sed in genere de excommunicato qui ut talis denuntiatus est.

Probabiliter semper requiritur notorietas juris.

Probabiliter notorius non vitandus ubi non est notorius.

Quando olim incurrebatur excommunicatio minor.

Quemnam effectum directum habebat.

publicum in alio, ubi communicatio cum excommunicato occulto non affert scandalum; quod praecipue voluit concilium evitare.

Et idem quod dicitur de clerici percussore dicendum de excommunicato in aliquo loco denunciato: modo notitia denuntiationis non sit brevi in illum alium locum perventura (ut dictum est supra, n. 78).

146. — Ultimo hic notandum quod, postquam noscitur quis semel esse denuncia-

tus sive declaratus excommunicatus, tenemur eum vitare donec constet nobis de absolutione vel per publicam famam vel saltem per testimonium unius fide digni, uti habetur in cap. *Sicut nobis 39, de sent. excom.* Potest tamen ipsi excommunicato fides adhiberi, si alias sit fide dignus et timoratae conscientiae, asseratque absolutionem recepisse, vel se gerat ut absolutum. Ita Croix¹ cum Navarro, Avila, Dicastillo et Henriquez.

Quando vitandus potest credi absolutus.

DUBIUM II.

Ob quam causam incurratur, et quem effectum habeat Excommunicatio minor.

147. *Ob quam causam incurratur excommunicatio minor.* — 148. *An episcopus possit alicui interdicare sacramenta.* — Effectus directus excommunicationis minoris est privatio suscipiendi sacramenta. — 149. *An sit privatio etiam ministrandi.* — 150. *Effectus indirectus est privatio electionis passivae ad beneficia.* — 151. *Incurritur communicando cum vitando.* — 152. *An sit mortale recipere sacramenta cum excommunicatione minori.* — 153. *An incurratur cum solo veniali.* — 154. *Et an hoc veniale possit omitti in confessione.* — 155. *Quis possit absolvere ab ea.* — 156. *Quis incurrat.*

147. — « Resp. Incurritur ob unicam causam, si quis nimirum cum excommunicato majore excommunicatione communicet iis casibus quibus non licet. Effectus ejus est privatio sacramentorum perceptionis^{a)}. — Vide Laymann² ».

148. — Quoad causam igitur, excommunicatio minor de jure incurritur tantum ob communicationem cum excommunicato vitando. Hoc tamen non impedit, ut docet Laymann³, quominus episcopus, in poenam alicujus criminis, possit nominatim alicui interdicare usum passivum sacramentorum vel saltem communionis. — Quoad effectum vero, excommunicatio minor unicam tantum effectum directum habet, nempe privare perce-

ptione sacramentorum; ex cap. *Sicelebrat, de cleric. excom.* Ibique dicitur graviter peccare qui hac excommunicatione irretitus sacramentum aliquod suscipit; ut est commune apud doctores. Valide tamen reciperet: vide Salmant.⁴

149. — Sed magnum Dubium est: *an hic peccet sacramenta ministrando?*

Commune est inter doctores (contra Vasquez), non peccare graviter. Quia in dicto cap. *Si celebrat*, postquam Pontifex dixit peccare graviter si sacramenta recipiat, addit: *Peccat autem conferendo sacramenta*; sed non dixit graviter. — Hinc probabiliter sentiunt Palaus⁵, Sayrus, Coninck et Avila, apud Salmant.⁶, saltem^{a)} peccare venialiter.

¹ Lib. 7, n. 188. — Navar., Man., cap. 27, num. 36. — Avila, part. 2, cap. 6, disp. 11, dub. 11, concl. 6. — Dicast., disp. 2, n. 406 et 407. — Henrig., lib. 13, cap. 6, n. 2. — ² Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 3, n. 4. — ³ Loc. cit., n. 5. —

⁴ Tr. 10, cap. 3, n. 159. — Vasq., de Excom., dub. 4, n. 4 et seqq. — ⁵ Tr. 29, disp. 2, punct. 21, n. 8. — Sayr., lib. 2, cap. 22, n. 18 et seqq. — Coninck, disp. 14, dub. 17, n. 264. — Avila, part. 2, cap. 6, disp. 12, dub. 3. — ⁶ Tr. 10, cap. 3, n. 160.

Salmant. de utroque casu simul tractant et auctores indiscriminatim allegant. Et in secunda sententia Sanchez pariter loquitur in generali de excommunicato denunciato.

147. — ^{a)} Excommunicationem minorem abolitam esse vi constitutionis *Apostolicae Sedis*, patet ex duplici declaratione S. O. de

die 5 Decembris 1883 et 9 Januarii 1884. Nihilominus remanet prohibitio communicandi cum excommunicatis vitandis, uti declaravit idem S. O. die 2 Augusti 1893. Vide n. 199, not. c.

149. — ^{a)} Auctores hic citati non dicunt saltem, sed solum peccare venialiter. Palaus tamen, postquam, n. 8 dixit esse « solum cul-

Attamen Bonacina¹; et Navarrus, Suarez, Filiucci alique multi, apud Croix² cum Busenbaum (hic, n. 152) et Salmant.³ tenent nec etiam venialiter peccare. Quia in nullo jure reperitur vetita ei ministratio, sed tantum perceptio sacramentorum; immo expressum in citato textu habetur: *Cum non videatur a collatione, sed participatione sacramentorum... remotus.* — Cum autem dicitur ibi *peccat conferendo* intelligendum (dicunt citati doctores) quando minister ad conferendum aliquod sacramentum, ante illud aliud sacramentum suscipere debet: nempe cum episcopus confert ordines sacros, vel cum sacerdos communionem dispensat in Missa, opus est ei antea celebrare et Eucharistiam suscipere (de quo casu specialiter loquitur textus); et tunc certe peccat, imo graviter.

Utraque sententia est satis probabilis.

150. — Habet autem excommunicatio minor et alium effectum indirectum, qui est privatio electionis passivae ad beneficia; ut habetur ex eodem cap. *Si celebrat*. Quenim directe privatur susceptione sacramentorum prohibetur etiam indirecte beneficia recipere, quae ex institutione Ecclesiae ordinantur ad receptionem Ordinum et ad Missae celebrationem. Et quamvis textus loquatur tantum de receptione per electionem, idem tamen communiter doctores intelligunt etiam de receptione per collationem et praesentationem: tum quia eadem ratio currit, tum quia collatio et praesentatio sunt quaedam virtualis electio. — Quare, tam ex-

communicatus beneficium recipiens quam eligentes, praesentantes et conferentes tunc graviter peccant; cum transgrediuntur praeceptum Ecclesiae in re gravi. Ita Laymann⁴, Palaus⁵, Bonacina⁶, Croix⁷; Salmant.⁸ cum Suarez^{a)}, Avila, Sayro, Hurtado^{b)}, Henriquez^{b)} et communi. — Talis autem electio, etc., non erit de se irrita, sed irritanda, ut legitur in eodem textu, ubi sancitur: *Si scienter talis excommunicatus electus fuerit, ejus electio est irritanda.*

Dubitatur: *ex cujus parte haec scientia requiratur, ut electio sit irritanda?* — Adest triplex sententia:

Prima docet requiri scientiam tantum ex parte electi qui sciverit suam excommunicationem et inhabilitatem ad beneficium. Ita Palaus⁹, Laymann¹⁰, citans Glossam dicti cap., v. *Scienter*, dicit sufficere quod electus scienter communicarit cum excommunicatis. Palao et Laymann adhaeret Croix^{c)}, qui dicit saltem requiri quod electus memor sit suae excommunicationis dum beneficium ei confertur; nam contra, cum ipse ignorans bene capax sit sacramentorum, sic etiam capax est beneficiorum. — Et hoc probabilius mihi videtur; quia illud *scienter* verius ad *electus*, quam ad *excommunicatus* refertur.

Secunda autem sententia requirit scientiam ex parte electorum; ut Avila et Silvester apud Laymann¹¹. Atque idem tenent Bonacina^{d)}, Hurtadus, Reginaldus, apud Salmant.¹²

dub. 4. - Sayr., lib. 2, cap. 22, n. 22. — ⁹ Tr. 29, disp. 22, punct. 21, num. 19. — ¹⁰ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 3, n. 5. — Avila, loc. cit., disp. 12, dub. 4, concl. 4. - *Silvest.*, v. *Excommunicatio IV*, num. 4. — ¹¹ Loc. cit. — *Gasp. Hurtad.*, de Excom., disp. 16, diff. 1, i. f. - *Regin.*, lib. 32, tr. 1, n. 143. — ¹² Tr. 10, cap. 3, n. 163.

pam venialem», dicit, n. 10: «Saltem peccatum veniale committi».

150. — ^{a)} Suarez, *disp. 24, sect. 2, n. 30*, concordat quidem; sed n. 16, loquens de ipso recipiente scribit: «Interdum... fieri potest ut non peccet, etiamsi sciens eligatur, utpote si mere passive se habeat non procurando electionem, quamvis eam non impediat manifestando suam excommunicationem, quia non debet ad hoc obligari, si occulta sit».

^{b)} Gaspar Hurtadus, de *Excom.*, *disp. 16, diff. 1, i. f.*, loquitur de recipiente et eligente. —

Henriquez, *lib. 13, cap. 3, num. 2 et 3* (sicut et Croix), de recipiente et conferente; quamvis a Salmant. absque restrictione citentur.

^{c)} Croix, *lib. 7, n. 195*, ait probabilius irritationem «tum tantum esse faciendam, quando electio facta est excommunicato suae excommunicationis conscio». Et ita etiam Palaus qui ceterum non loquitur de eo qui est suae inhabilitatis conscius.

^{d)} Bonacina, *disp. 2, qu. 3, n. 7*, id habet ex aliis auctoribus, quos utique non reprobatur, sed neque approbat.

Ex quibus sententiis, *tertiam* demum probabilem sententiam deducunt Salmant.¹, nempe, requiri tam scientiam excommunicationis ex parte electorum quam scientiam inhabilitatis ex parte electi. Electores autem scienter conferentes beneficium excommunicato nullam poenam incurrunt. — Salmant.², Avila, Diana, etc.

151. — «Unde resolves:

«1°. Cum jura dicunt communicantem «cum excommunicato incurrere similem «excommunicationem, sensus est quod «similiter, id est vere excommunicetur, «licet minore [excommunicatione].

«2°. Propter communicationem cum «excommunicato minore excommunicatio, etiam nominatim denuntiata, nulla «incurritur censura».

152. — «3°. Etsi excommunicatus minore excommunicatione recipiendo aliquid quod sacramentum non incurrat irregularitatem, graviter tamen peccat. — Administrando vero, probabile est nec venialiter peccare». [Vide dicta n. 149, v. *Attamen*].

153. — «4°. Incurritur haec censura, «etsi quis propter levitatem materiae «tantum venialiter peccet, v. gr. con- «fabulando nominatim excommunicato, «quando non licet. — Secus, si sit ve-

«niale propter imperfectum usum rationis; quia poena infligitur propter actum «qui, quantum est ex se, sufficit ad mortale».

154. — «5°. Etsi peccatum veniale possit «omitti in confessione, non tamen illud «cui haec censura est annexa, ne sacramentum in ea recipiatur. — Unde etiam «confessarii ordinarie prius absolvunt fideles ab omni vinculo excommunicationis, etiam minoris, deinde a peccatis».

155. — «6°. Ab hac excommunicatione «lata a jure absolvere potest parochus, «et quisquis potest a mortalibus; cum «non sit reservata.

«An vero qui potest absolvere a veniali habente annexam hanc excommunicationem possit etiam ab ipsa? — Quidam affirmant, ut Navarrus et Toletus. — Alii probabilius negant, ut Suarez, Coninck; quia sicut haec absolutio est distincta a sacramentali, ita etiam ad eam requiritur distincta jurisdictio, quae nusquam conceditur omnibus sacerdotibus. Vide Laymann³».

156. — Quomodo et quando incurratur haec excommunicatio minor ob communicationem cum excommunicato vitando? — Vide Dub. seq., ex n. 168.

¹ Loc. cit. — ² Loc. cit. - Avila, part. 2, cap. 6, disp. 12, dub. 4, concl. 4 i. f. - Diana, part. 5, tr. 9, resol. 132, i. f. - Navarr., Man., cap. 27, num. 39; et in

cap. *Placuit*, de poenit., dist. 6, n. 25. — Tolet., lib. 1, cap. 17, i. f. — Suarez., disp. 24, sect. 4, num. 4. — Coninck, disp. 14, n. 265. — ³ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 3, n. 6.

Consecraria juxta anti-quum.

Quemnam effectum indirectum habebat.

DUBIUM III.

Quos effectus habeat Excommunicatio major.

157. *Qui sint effectus mediati excommunicationis majoris.* — 1. Irregularitas, ob exercitium Ordinis. — 2. Suspicio de haeresi, si per annum insordescat. — 158. *Qui sint effectus immediati.* — I. Privatio susceptionis sacramentorum licitae, et etiam validae quoad Poenitentiam. — 159. *An excommunicatus, sine culpa suscipiens Poenitentiam, valide absolvatur ante absolutionem censurae.* — 160. *Plura notanda.* — 161. *An excommunicatus teneatur tollere impedimentum excommunicationis ad implenda praecepta.* — 162. II. Privatio communium suffragiorum, etc. — 163. *An possint offerri Sacrificia, etc., nomine Ecclesiae pro excommunicato vitando, si non stet per ipsum quominus absolvatur.* — 164. *An possint offerri pro excommunicato tolerato.* — 165. III. Privatio administrandi sacramenta. *An peccent fideles sine causa recipientes sacramenta ab excommunicato tolerato.* — 166. *An excommunicatus vitandus valide ministret sacramenta.* — 167. *An sacramentum Poenitentiae.* — 168. *Quid, si sit toleratus. Et quid in articulo mortis.* — 169. *An excommunicatus licite ministret sacramenta.* — 170. *Quando etiam vitandus.* — 171. *Quam poenam incurrat excommunicatus, illicite sacramenta ministrans. An vitandus incurrat irregularitatem ministrans Poenitentiam.* — 172. *Quam poenam incurrat recipiens sacramenta sine necessitate a vitando.* — 173. IV. Privatio divinatorum officiorum. *Quomodo peccet communicans in divinis cum vitando. Et an liceat recitare privatim officium cum ipso.* — 174. *An vitando liceat usus sacramentalium, orare privatim in ecclesia.* — 175. *Quid si vellet interesse Missae, etc.* — 176. *Ad quid teneantur clerici, si excommunicatus nolit recedere. An alii assistentes peccent tunc mortaliter. Et an incurrant excommunicationem minorem.* — 177. *Quae veniant nomine divinatorum officiorum. An vitandus possit audire concionem, lectionem, etc. Quomodo debet expelli, alias Missa interrumpi. Et, an inchoato canone.* — 178. *An excommunicatus teneatur ad Horas. Et an et quando peccet dicendo: Dominus vobiscum. Aut recitando cum alio privatim.* — 179. V. Nullitas beneficii collationis, praesentationis, etc. — 180. *Plura notanda; et an idem dicendum de collatione dignitatum, etc. Quid, si ante excommunicationem fuisset praesentatus. Et an beneficiatus faciat fructus suos.* — 181. *An toleratus sit inhabilis ad beneficia, officia, etc.* — 182. *An valida sit collatio beneficii alicui, qui ignoret se esse excommunicatum.* — 183. *An excommunicatus privetur fructibus beneficii ante sententiam.* — 184. VI. Privatio communicationis forensis. *An possit se defendere in iudicio. An agere. An testificari. An tueri alios.* — 185. VII. Privatio usus jurisdictionis. — 186. VIII. Privatio ecclesiasticae sepulturae. — *Vide ibidem plura notanda de pollutione ecclesiae vel coemeterii, de exhumatione, comitantibus, sepelientibus, etc.* — 187. *Quid, si sit haereticus non denunciatus.* — 188. IX. Privatio communicationis civilis. — *Et 189. 1° Os. — 190. 2° Orare. — 191. 3° Vale. — 192. An liceat signa urbanitatis sine verbis.* — 193. *An liceat resalutare.* — 194. 4° Communio, id est contrahere, cubare, habere societatem, etc. — 195. 5° Mensa. *Quid, si casu accidat.* — 196. *Quale peccatum sit communicare cum vitando.* — 197. *Peccat graviter communicans 1. In divinis. 2. In eodem crimine.* — 198. *An sit mortale communicare frequenter cum vitando.* — 199. *In quibus casibus communicans cum vitando incurrat excommunicationem majorem.* — 200. *In quibus casibus liceat cum vitando communicare.*

157. — « Resp. Habet duplices, mediatos et immediatos.

« MEDIATI sive remoti sunt hi:

« I°. Irregularitas, quam excommunicatus incurrit, exercendo actum alicujus ordinis.

« II°. Si excommunicatus toto anno in excommunicatione contumaciter persi-

stat, et (ut jura loquuntur) insordescat, fit suspectus de haeresi; et contra eum, ut talem procedi potest. Ex Tridentino¹. — Ideoque (si crimen grave et beneficii privatione dignum commisit) privandus est beneficio. Imo, etsi crimen non sit adeo grave, si tamen ad haeresis suspicionem purgandam citetur^{a)}, tamquam

¹ Sess. 25, de reform., cap. 3, i. f.

157. — ^{a)} Addendum: Et ex contemptu potestatis Ecclesiae renuat comparere, et pro

hujusmodi causa excommunicatus perseverat per annum.

« haereticus privari debet. Bonacina¹ ex Rebuffo, Diaz, Navarro^{b)}, etc. ».

Insordescere est per annum animo pertinaci et cum contemptu potestatis Ecclesiae perseverare in eadem excommunicatione sive in alia censura; ut dicit Croix², et probat ex Tridentino.

158. — « IMMEDIATI effectus sunt sequentes:

« I°. Privat susceptione et usu passivo sacramentorum; unde nullus excommunicatus, sive toleratus sive non, potest ea licite recipere sub mortali. — Nisi excuset ignorantia invincibilis, metus mortis, infamiae, jacturae bonorum, etc.; quia censura non obligat cum tanto rigore. Laymann³. » [Et ita communiter docent Bonacina⁴; et Salmant.⁵ cum Filliuccio, Diana, Coninck, etc.: nisi fiat in contemptum censurae^{a)}].

« Dixi: licite. — Quia valide suscipit omnia, saltem quoad substantiam, praeter Poenitentiam. Imo etiam hoc, si adsit ignorantia inculpabilis: dummodo caetera ad essentiam sacramenti requisita non desint; quia per censuram non fit incapax absolutionis, etsi prohibeatur eam recipere priusquam absolvatur a

¹ Disp. 2, qu. 2, punct. ult., n. 2, v. *Tertio dubium est. — Rebuff.*, Repetit. in cap. *Postulastis*, de cleric. excomm., a n. 242 ad n. 265. — *Diaz*, Praet. criminal., cap. 106, v. f. — ² Lib. 7, n. 287. — *Trident.*, sess. 25, de reform., cap. 3. — ³ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 2, n. 1. — ⁴ Loc. cit., punct. 2, § 1, n. 4. — ⁵ Tr. 10, cap. 3, n. 43. — *Fill.*, tr. 12, cap. 3, n. 53, 55 et seq. — *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 81. — *Coninck*, disp. 14, dub. 5, n. 30 et seq. — ⁶ Disp. 2, qu. 2, punct. 2, § 1, num. 1. — *Fill.*, tr. 12, cap. 3, qu. 3, n. 57 et seqq. — *Suar.*, disp. 10, sect. 3, a n. 7. — *Coninck*, disp. 14, n. 22

^{b)} Navarrus male hic citatur a Bonacina; licet enim, *Man.*, cap. 27, n. 23, dicat eum qui perseverat in excommunicatione per annum in causa criminali, videri crimen confiteri, subdit: « Non est verum » quod debeat etiam privari suis beneficiis.

158. — ^{a)} Limitationem istam apponunt Salmant.; *loc. cit.*, et Coninck, *disp. 13, n. 104 cum n. 100.*

^{b)} Busenbaum, addit etiam Dianam, *part. 5, tr. 9, resol. 53*, ubi hic auctor loquitur de excommunicatione, quam poenitens confessus est; sed confessarius, oblitus ejus censurae, absolvit solum a peccatis; et Diana approbat Moscosum dicentem sacramentum esse validum.

159. — ^{a)} Gaspar Hurtadus, *de Excomm.*, disp. 4, diff. 3, n. 11 et seqq., concordat qui-

« censura. Bonacina⁶ ex Filliuccio, Suarez, Coninck, etc. — Nec obstare, etiamsi « excommunicatio sit reservata, vel con-

« fessarius sciens peccata habere annexam « excommunicationem, tamen ex malitia « absolvat, docet Diana⁷ ex Coninck, Sua-

rez, etc.^{b)} ». 159. — Duplex est sententia super hoc puncto: Alii negant excommunicatum, qui adhuc sine culpa suscipit sacramentum Poenitentiae ante absolutionem censurae, valide suscipere. Ita Vasquez, Silvester, Hurtadus^{a)}, etc., apud Salmant.⁸ — Ratio istorum, quia hic, ut membrum abscessum, excluditur omnino ab Ecclesia ut possit in bonis ejus communicare.

Sed oppositum verius est tenendum cum Suarez⁹, Palao¹⁰, Bonacina¹¹, Croix^{b)}; Salmant.¹² et Coninck, Cajetano, Sayro, Diana, Filliuccio ac communissima. — Ratio potissima, quia Ecclesia non irritat sacramentum Poenitentiae; neque ex parte ministri auferendo illi potestatem, cum censura afficiat solum censuratum; neque ex parte poenitentis, cum hoc nullibi habeatur sancitum, nec Ecclesia sancire posset, dum Ecclesia nequit directe inha-

et 28. — ⁷ Part. 3, tract. 4, resol. 78. — *Coninck*, disp. 8, dub. 13, n. 104; cfr. disp. 14, n. 28. — *Suarez*, loc. cit. — *Vasq.*, de Excomm., dub. 4, num. 8 et 9. — *Silvest.*, v. *Confessio I*, qu. 3, n. 6, v. *Quinto*. — ⁸ Tr. 10, cap. 3, n. 46. — ⁹ Disp. 10, sect. 3, n. 9. — ¹⁰ Tr. 29, disp. 2, punct. 7, n. 4. — ¹¹ Loc. cit., num. 1, v. *Respondeo*. — ¹² Loc. cit., n. 47. — *Coninck*, disp. 14, n. 28. — *Cajetan.*, Sum., v. *Absolutionis impedim.*, § *Et dicenda*, vers. *Secundum est*. — *Sayr.*, lib. 2, cap. 2, n. 3 et seqq. — *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 53 et 62. — *Fill.*, tr. 12, cap. 3, n. 59.

dem, sed quemdam casum excipit, dicens: « Addimus sacramentum Poenitentiae valide suscipi ab excommunicato tolerato, etiam quando illud illicito mortaliter ex objecto suscipit (si alias a tali culpa excusetur ignorantia aut inadvertentia invincibili), quia minister potest illud licite tolerato conferre, ac proinde valide ».

^{b)} Croix, *lib. 7, n. 191*, id dicit de excommunicatione minori; atvero, *n. 200*, de excommunicatione majori loquens, utramque opinionem affert, et remittit lectorem ad *lib. 6, part. 2, n. 1568*, ubi pariter utramque opinionem refert, sed *n. 1569 et 1570*, negat excommunicatum istum posse recipere sacramentum Poenitentiae extra casum urgentissimae necessitatis. Croix igitur ex parte tantum concordat.

Juxta alios, Poenitentia nunquam potest valide suscipi.

Verius quandoque potest.

Effectus mediati: Irregularitas.

2° suspicio de haeresi si insordescat.

biles reddere ad sacramentum eos qui ex jure divino habiles sunt ^{c)}. — Vide dicta *Lib. VI, de Euch., n. 265. Qu. 3. v. Sed probabilior.*

160. — Hic autem notandum: 1^o. Quod minister conferens sacramentum excommunicato tolerato peccaret quidem contra jus divinum, dando sacramentum indigno; sed non peccaret contra praeceptum Ecclesiae, quia per concilium Constantiense (ut supra, n. 135) cuique permissum est communicare cum tolerato, etiam in divinis. Ita probabilis Suarez ¹, Palaus ²; et Salmant. ³ cum Vasquez communiter. — Ex quo inferunt Salmant. ⁴, quod si excommunicatus cum ignorantia inculpabili, et alias dispositus, petat sacramenta, licite potest minister illa ei conferre, eumdem relinquo in sua bona fide.

Notandum 2^o. Quod excommunicatus, si recipit sacramentum Ordinis, remanet suspensus ^{a)}, ex cap. 32 de sent. excom. Utrum autem excommunicatus Ordinem suscipiens incurrit irregularitatem? Vide dicta *Lib. VI, de Ord., n. 799, v. Utrum autem.* — Si vero suscipit alia sacramenta, peccat quidem graviter, sed nullam poenam incurrit. Croix ⁵ cum Dicastillo, et Salmant. ⁶.

Notandum 3^o. ^{b)} Quod in articulo mortis probabilis potest ministrari excommunicato vitando Eucharistia, etsi ipse sacramentum Poenitentiae non suscepisset; ut Croix cum Suarez et Dicastillo (contra

Avila, etc.). Quia praeceptum divinum de viatico sumendo fortius obstringit quam prohibitio generalis Ecclesiae non sumendi Eucharistiam. — Idem ait Croix ⁷ de sacramento Extremae Unionis, citans Suarez et Dicastillum. Sed probabilis id negat Avila, etc., ibid. ⁸ juxta dicta *Lib. VI, n. 88, Resp. 1, v. Idem sentiunt*: nisi infirmus non potuerit aliud sacramentum recipere.

Notandum 4^o. Quod in dubio an quis sit absolutus an non ab excommunicatione contracta, non est negandum ei sacramentum, si ille petat, maxime si asserat esse absolutum; quia nemo praesumitur delinquere ^{c)}. — Ita Suarez ⁹, Bonacina ¹⁰, Palaus ¹¹, Croix ¹²; et Salmant. ¹³ cum Navarro ^{d)}, Coninck ^{e)}.

161. — Quaeritur hic: *an excommunicatus teneatur tollere impedimentum excommunicationis ad implendum praeceptum Missae vel annuae confessionis et Communionis?*

Negant communiter doctores, teneri quoad Missam, etiamsi negligens sit in obtinenda absolutione: nisi ^{a)} hoc faciat animo se eximendi ab obligatione audiendi Sacrum. — Ita cum Busenbaum (n. 177, in fine), Bonacina ¹⁴; et Salmant. ¹⁵ cum Sa, Navarro, Azor, Coninck et aliis; contra paucos.

Secus tamen dicunt quoad annuam confessionem et communionem; cum hoc sit unum ex praeceptis divinis, erga quae

Et quandoque Extrema Unctio.

Quid in dubio de absolutione excommunicationis.

Excommunicatus non tenetur quaerere absolutionem quoad Missam.

Secus, quoad annuam confessionem.

¹ Disp. 10, sect. 2, n. 10 et seqq. — ² Tr. 29, disp. 2, punct. 7, num. 7. — ³ Tr. 10, cap. 3, num. 51. — *Vasq.*, de Excom., dub. 2, num. 12. — ⁴ Loc. cit., num. 51. — ⁵ Lib. 7, num. 198. — *Dicast.*, disp. 2, num. 635. — ⁶ Tr. 10, cap. 3, n. 43. — *Croix*, loc. cit., n. 201. — *Suar.*, disp. 11, sect. 1, n. 17 et 18. — *Dicast.*, disp. 2, num. 666. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 3, dub. 3, concl. 4. — ⁷ Loc. cit., num. 201. — *Suar.*, loc. cit., num. 23. — *Dicast.*, loc. cit.,

n. 667. — *Avila*, loc. cit., concl. 5. — ⁸ Ap. *Croix*, loc. cit. — ⁹ Disp. 10, sect. 2, num. 12. — ¹⁰ Disp. 2, qu. 2, punct. 2, § 2, n. 3. — ¹¹ Tr. 29, disp. 2, punct. 7, n. 7. — ¹² Lib. 7, n. 199. — ¹³ Loc. cit., n. 49. — ¹⁴ Loc. cit., punct. 3, § 1, n. 4. — ¹⁵ Tr. 10, cap. 3, n. 74; et tr. 5, de Sacrif. Miss., cap. 6, num. 53. — *Sa*, v. *Missae auditio*, n. 3 (edit. genuin.). — *Navar.*, Man., cap. 21, n. 3. — *Azor*, part. 1, lib. 7, cap. 7, qu. 1. — *Coninck*, disp. 14, dub. 7, n. 56.

^{c)} Haec S. Alphonsi sententia conformis est declarationi S. Off. de die 15 Septembris 1556.

160. — ^{a)} Suspendio haec non amplius viget. ^{b)} Hic in toto *Notand.* 3^o videtur irrepissis mendum vel potius lapsus oculi; nam auctores hic citati loquuntur de sacramentis *ab excommunicato vitando ministrandis*; praeterea S. Alphonsus remittit lectorem ad *lib. 6, n. 88*, ubi quaerit *an liceat petere* sacramenta a ministro indigno.

^{c)} Suarez, Bonacina, Palaus, Croix haec

dicunt de excommunicato tolerato; Salmant. vero, de vitando.

^{d)} Navarrus, *Man.*, cap. 27, n. 36, haec dumtaxat scribit: « Qui semel est excommunicatus et denunciatus, semper vitari debet, quousque constet de absolutione... nisi persona sit ejusmodi cui affirmanti se absolutam esse probabiliter debeat credi ».

^{e)} Coninck de hoc non loquitur, *disp. 14, dub. 5, n. 32*, licet citetur a Salmant.

161. — ^{a)} Soli Salmanticenses ex auctoribus citatis afferunt hanc limitationem.

tenemur tollere impedimenta. — Ita Salmant. ¹, Croix ², Tamburinius ³. Vide dicta *Lib. VI, de Euch., n. 299; et de Poenit., n. 663.*

162. — « II^o. Privat (saltem non tolerato) *communibus Ecclesiae suffragiis*, « orationibus et fructu indulgentiarum; « non tamen privatis. — Unde non tantum quivis privatus, sed etiam sacerdos « potest, tamquam persona privata, pro « excommunicatis orare, etiam in publicis « precibus et Sacro; imo actionem sacrificandi, prout pendet a merito privato « operantis, offerre, vel ejus in memento « in particulari meminisse ». — [Hoc est certum cum S. Thoma ^{a)}, Soto ^{b)}, Palao, Salmant. ⁴ etc. communiter].

« Dixi: *tamquam privata*; quia ut minister Ecclesiae non potest. Hinc irritae « sunt ac nullae omnes preces quas pro « excommunicato, in persona Ecclesiae « intercedentis pro ipso, Deo offert, adeoque « que privatur omnibus bonis quae in gratiam Ecclesiae Deus concessurus fuisset ».

163. — Sed duae Quaestiones hic agitantur.

Quaeritur 1^o. *An possint offerri sacrificia, suffragia et orationes communes Ecclesiae, pro excommunicato vitando qui sit in gratia, nec per ipsum stet quominus absolvatur?*

Affirmant Navarrus, Henriquez ^{a)}, Sayrus ^{a)} Avila ^{a)} et alii, apud Salmant. ⁵ (qui probabile putant); quia non praesumitur Ecclesia velle suis bonis privare amicum

Dei et non amplius contumacem. — Negant vero longe probabilis Croix ⁶, ac Suarez, Diana, Sotus, Coninck, etc. cum Salmant. ⁷. Et videtur patere ex cap. *A nobis 28 de sent. excom.*, ubi dicitur quod excommunicatus, *quamvis absolutus apud Deum fuisse credatur, nondum tamen habendus est apud Ecclesiam absolutus*. Ratio, quia juste Ecclesia vult ut non remittatur vinculum a se positum, nisi illud per absolutionem ab ipsamet aufertur.

164. — Quaeritur 2^o. *An autem pro excommunicato tantum tolerato possint offerri sacrificia, etc., etiam nomine Ecclesiae?* — Adest duplex sententia probabilis:

Prima negat cum Bellarmino ⁸, Suarez ⁹; item Sotus, Avila, Bonacina, etc., apud Salmant. ¹⁰ — Quia concessio communicandi fuit facta a concilio in commodum solum fidelium non autem excommunicatorum.

Sed non minus probabilis est *secunda* sententia, quam tenent Navarrus ¹¹, Palaus ¹²; ac Coninck, Reginaldus, Hurtadus, Henriquez, Diana, etc., cum Salmant. ¹³ — Ratio, quia leges favorabiles cum omni amplitudine intelligendae sunt: dum igitur fidelibus concessum fuit communicare cum toleratis, concessum etiam fuit orationes publicas pro eis offerre; nam communicare id etiam importat, ut habetur ex cap. 28 et cap. 38 de sent. excom. Tanto magis quia jure antiquo non erat vetitum pro excommunicatis

Probabilis non possunt offerri sacrificia etc. pro vitando.

Probabiliter possunt offerri pro tolerato.

¹ Tr. 10, cap. 3, num. 74. — ² Lib. 9, num. 197. — ³ Method. SS. Commun., cap. 4, n. 40 et 41. — *Palaus*, tr. 29, disp. 2, punct. 6, n. 3. — ⁴ Loc. cit., n. 58. — *Navar.*, Man., cap. 27, n. 18 et 36. — ⁵ Loc. cit., n. 55. — ⁶ Lib. 7, n. 205. — *Suar.*, disp. 9, sect. 3, num. 2. — *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 75. — *Sotus*, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 1, dub. 2. — *Coninck*, disp. 14, num. 49. — ⁷ Tr. 10, cap. 3, num. 56. — ⁸ De Missa, lib. 6 (al. 2) cap. 6, v. *Sed quamvis*. — ⁹ De Censur., disp. 9, sect. 2, num. 17 et seqq. — *Sotus*,

in 4, dist. 22, qu. 1, art. 4, concl. 2, v. *Hoc supposito*. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 9, dub. 6. — *Bonac.*, qu. 2, punct. 1, § 1, num. 1. — ¹⁰ Tract. 10, cap. 3, num. 59. — ¹¹ Man., cap. 27, n. 36, ad 2. — ¹² Tr. 29, disp. 2, punct. 6, num. 10. — *Coninck*, disp. 14, num. 40. — *Regin.*, lib. 32, tract. 1, num. 79. — *Gasp. Hurtad.*, de Excom., disp. 3, diff. 4, num. 10. — *Henriq.*, lib. 13, cap. 11, num. 2. — *Diana*, part. 5, tract. 9, resol. 74. — ¹³ Tract. 10, cap. 3, num. 60.

162. — ^{a)} S. Thomas, in 4, dist. 18, qu. 2, art. 1, solut. 1, ad 2, negat orationem ex persona Ecclesiae posse pro eo fieri « quamvis aliqua persona privata possit ad ejus conversionem aliquid suffragium per intentionem dirigere ».

^{b)} Sotus, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 1, dub. 1, v. *Quomodo autem*, de opinione quae dicit sacerdotem posse orare pro eis in Missa,

tamquam personam privatam, scribit: « Certe opinio clemens est et fortasse vera, tametsi non prorsus scrupulo careat ».

163. — ^{a)} Henriquez, lib. 13, cap. 11, n. 2, lit. i; Sayrus, lib. 2, cap. 4, num. 5, Avila, part. 2, cap. 6, disp. 4, dub. 2, male citantur a Salmant. pro hoc asserto, oppositum enim tenent cum ipso S. Alphonso, et negant posse licite fieri.

occultis suffragia publica offerre; prout colligitur ex cap. *Cum non ab homine, eod. tit.*, et ipse Suarez fatetur. — Offerre autem sacrificia pro excommunicato, hoc etiam directe cedit in commodum fidelium, tum spirituale ob meritum caritatis, tum temporale ob stipendia, etc., quae hi percipere possunt ex oblationibus pro illo exhibitis.

3us effectus excommunicationis: Privatio conferendi sacramenta.

165. - III^o. «Privat usu activo sacramentorum et administratione. — Quae tamen excommunicato tolerato, et ad id requisito, et se non ingerenti, quandoque est licita, v. gr. si sit pastor, cujus subditi teneantur audire Sacrum, nec sit alius qui celebret; imo si etiam non parochus forte rogetur, et invitetur ad celebrandum. Ac, licet communis doctrina sit apud Laymann¹, peccare fideles, si sine causa necessitatis vel magnae utilitatis talem inducant ad sacramentorum administrationem, quando alius minister haberi potest; contrarium tamen est probabile ob facultatem concessam a concilio Constantiensi cum talibus communicandi. — Et hinc, nec illum qui petit a tali Sacramento nec ipsummet excommunicatum, si conferat, praecise ob censuram peccare: Laymann^{a)} ex Soto, et Sanchez². Idem docet Bonacina^{b)} ex Vasquez^{b)}, Suarez^{b)}, etc. » [Vide dicta n. 138 et 139].

« Non tolerato autem illicita est sacramenti administratio, praeterquam in casu extremae necessitatis; extra quam valide illud administrat praeterquam Poenitentiam, quia haec requirit jurisdictionem, qua ipse caret. — Vide Laymann³, Bonacina⁴ ».

Ad majorem claritatem hujus puncti, videndum est quando excommunicati

Suar., loc. cit., num. 19. — ¹ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 4, n. 5. — Sotus, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 4, concl. 1, v. *Aut vero illic*. — ² De Matr., lib. 7, disp. 9, num. 8. — ³ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 2, n. 5. — ⁴ Disp. 2, qu. 2, punct. 2, § 4, num. 1. — ⁵ 3^o P., qu. 64, art. 9, ad 2. —

165. - ^{a)} Laymann, *lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 4, n. 5*, de hoc asserto scribit: « Non est improbabile ».

^{b)} Busenbaum hic allegatur Bonacina, *disp. 2, qu. 2, punct. 2, § 2*; sed hic locus non est ad rem, siquidem Bonacina cum alatis auctoribus ibi tractat de usu passivo sa-

conferant sacramenta valide, et quando licite.

166. - Hinc quaeritur 1^o. *An excommunicatus valide ministret sacramenta?*

Respondetur affirmative (excepto sacramento Poenitentiae, ut infra). Ita docent S. Thomas⁵, et alii communiter cum Salmant.⁶ — Ratio, quia ubi essentialia sacramenti concurrunt, non praesumitur (nec etiam posset) Ecclesia illud invalidare.

Excommunicatus valide confert sacramenta.

Excipiunt aliqui sacramentum matrimonii. Sed in eo adhuc probabile est cum Croix⁷, Salmant.⁸ (utque diximus *Lib. VI, n. 1082*), quod valide assisteret parochus excommunicatus, etiam vitandus. Et etiam licite praebere licentiam alteri assistendi matrimonio; juxta dicta *Lib. VI, n. 1084*, contra Croix⁹.

Et assistit Matrimonio.

167. - Sacramentum vero Poenitentiae, certum est invalide ministrari ab excommunicato vitando sine necessitate. Ratio, quia ad hoc sacramentum requiritur in ministro potestas non solum Ordinis, sed etiam jurisdictionis, qua ille privatus est ab Ecclesia; ut ex cap. *Omnis utriusque, de poenit. et remiss.*; et ex cap. *Ad probandum, de sent. et re judic.* Ita communiter doctores cum Palao, Suarez et Salmant.¹⁰ — Et hoc, etsi confessio sit de solis venialibus; ut Salmant.¹¹

Poenitentia invalide confertur a vitando.

Ex eadem ratione parochus vitandus nequit alteri delegare jurisdictionem ad confessiones suorum audiendas. Croix¹². — Intellige, nisi hoc posset parochus vi privilegii specialis.

168. - Dixi autem, invalide ministrari sacramentum Poenitentiae ab excommunicato vitando. — Quia, si sit toleratus, profecto valide hoc sacramentum ministrat; nam hic non privatur jurisdictione,

⁵ Tr. 10, cap. 3, num. 26. — ⁷ Lib. 7, num. 197. — ⁸ Tr. 9, de Matr., cap. 8, num. 46. — ⁹ Loc. cit. — Palao, tr. 29, disp. 2, punct. 8, n. 2. — Suar., disp. 11, sect. 2, n. 12. — ¹⁰ Tract. 10, cap. 3, num. 27. — ¹¹ Loc. cit. — ¹² Loc. cit., num. 197.

cramentorum; dum contra auctor loquitur de usu activo. Nihilominus Bonacina, *punct. 2, § 3, n. 4 et 5*, tenet sententiam hic a Busenbaum expositam de usu activo sacramentorum; sed contra eam allegat Vasquez et Suarez, qui revera vi praecepti divini, non vi censurae, negant posse fieri extra casum

cum hoc expediat ad utilitatem fidelium. Croix¹ et Salmant.² cum communi.

Utrum autem excommunicatus vitandus possit valide et licite absolvere in articulo mortis. — Vide dicta *Lib. VI, n. 560, v. Qu. 1.*, ubi sententiam negativam^{a)} tenuimus cum D. Thoma, Fagnano, Petrocorensi, Concina, etc., contra sententiam communiorum (non vero communem, ut, propter non omnem diligentiam adhibitam, diximus^{b)} *Lib. VI, num. 88, Resp. 1.*)

169. - Quaeritur 2^o. *An excommunicatus aliquando licite conferat sacramenta?* — Et hic distinguere oportet excommunicatum vitandum a tolerato.

Toleratus enim, licet ei universe sit vetitum sub gravi sacramenta ministrare, ex cap. *Apostolicae, de cleric. excom. ministr.* quando tamen est requisitus, semper licite potest quaecumque sacramenta conferre; prout diximus *n. 139*. — Et probabiliter addit Palao³, quod si festus dies occurrat, nec alius sacerdos sit qui Missam populo dicat, bene potest toleratus celebrare, etsi non rogetur; quia juste praesumitur populus petere Missam ad praeceptum implendum: nisi alias hoc scandalum afferret.

170. - Excommunicatus vero vitandus nequit, etiam requisitus, sacramenta ministrare. — Probabiliter tamen potest mi-

¹ Lib. 7, n. 217. — ² Tr. 10, cap. 3, n. 37 et 28 i. f. — S. Thom., 3^o P., qu. 82, art. 7, ad 2. — Fagnan., in cap. *Non est vobis*, de sponsal. — Petrocov., de Poenit., cap. 7, qu. 8. — Concina, de Poenit., lib. 2, diss. 2, cap. 6, § 2, n. 21. — ³ Tr. 29, disp. 2, punct. 8, num. 4. — Palao, loc. cit. —

necessitatis vel utilitatis; Vasquez quidem, *de Excom., dub. 3, n. 1 et 2*; Suarez vero, *disp. 11, sect. 4, n. 3 et seqq.*

168. - ^{a)} Vide *lib. 6, n. 560*, notam *b*, ubi ostendimus S. Alphonsum sententiam hanc negativam retractasse.

^{b)} S. Doctor in *lib. 6, n. 88*, non expresse hac de re loquitur sed remittit ad *n. 560*.

170. - ^{a)} Roncaglia, *tr. 4, qu. 2, quaestunc. 3*, scribit de excommunicato in genere, et non de vitando: « Si aliqua necessitas urgeat, excommunicatus... potest et ministrare sacramenta, ut e.g., si, cum sit occulte excommunicatus, non posset id omittere sine gravi infamia ».

^{b)} Jactura famae locum habere non potest pro vitando nisi in loco in quo ejus ex-

nistrare viaticum, et etiam Extremam Unionem, quando infirmus nequit aliud sacramentum suscipere.

Limitationes.

An autem parochus excommunicatus possit assistere matrimonio vel alteri licentiam assistendi praebere? — Vide dicta de Matr., *ex n. 1082 ad 1084*.

Dicunt autem probabiliter Roncaglia^{a)}, Palao; et Salmant.⁴ cum Coninck, Diana et Cornejo, quod excommunicatus vitandus etiam licite sacramenta ministrat, quando alias grave incommodum, puta jacturam famae^{b)} vel bonorum timeret; quia praecepta ecclesiae non obligant cum incommodo gravi^{c)}.

171. - Quaeritur denique 3^o. *Quam poenam incurrat excommunicatus illicite sacramenta ministrans?*

Resp. Incurrit irregularitatem, sive sit vitandus, sive toleratus, ex cap. *ult., de cleric. excom. ministr.* ^{a)}. Sic pariter, si solemniter baptizet aut nuptias solemniter benedicat; secus, si privatim: ut Salmant.⁵

Excommunicatus illicite ministrans fit irregularis.

Sed Dubium est: *an excommunicatus vitandus, invalide sacramentum Poenitentiae ministrans, incurrat adhuc irregularitatem?*

Negat Richardus^{b)}, et probabile putat Suarez^{c)}, apud Salmant.⁶; quia tunc deficit actus consummatus. — Sed communissime affirmant Palao⁷, Suarez⁸, Bo-

Vitandus Poenitentiam ministrans fit irregularis.

⁴ Tr. 10, cap. 3, n. 36. — Coninck, disp. 14, dub. 5, n. 34. — Diana, part. 5, tr. 9, resol. 83. — Cornejo, de Excom., disp. 10, § 1, dub. 1. — ⁵ Tr. 10, cap. 3, n. 40. — ⁶ Loc. cit. — ⁷ Tr. 29, disp. 2, punct. 8, n. 12. — ⁸ Disp. 11, sect. 3, num. 15.

communicatio non esset nota, uti advertunt Coninck, Diana et Cornejo.

^{c)} Nisi tamen in contemptum censurae seu religionis fieret, ut notant Palao, Salmant. et Cornejo; vel nisi sacramentum foret invalidum, ut Salmant. et Cornejo.

171. - ^{a)} Cap. *fin. de cleric. excom. ministr.* hoc indicat, in quantum negat incurri ob violationem minoris excommunicationis: « Si celebrat, inquit, minori excommunicatione ligatus, nullius tamen notam irregularitatis incurrit ».

^{b)} Richardus a Mediavilla in *4, dist. 18, art. 7, qu. 5, dub.*; utramque exponit sententiam, nec dicit quamnam amplectatur.

^{c)} Suarez, *disp. 11, sect. 3, n. 15*, censetur probabile putare eo quod contrarium pro-

nacina¹, Tournely^{d)} et Salmant.² Quia hic punitur actus etiam attentatus, qui jam satis consummatus dicitur, cum minister intentat contra jus absolvere. Sed haec ratio non suadet: potius haec sententia mihi probatur ex can. *Si quis 7, caus. 11, qu. 3*, ubi Martinus V^{e)} declarat irregularem quemlibet constitutum in sacris, qui *post excommunicationem praesumpserit ... quasi in officio suo agere, sicut prius*. Nota illud *quasi*; quod importat similitudinem actionis; ergo etiamsi invalide absolvat, irregularitatem incurrit.

172. — Qui recipit igitur sacramentum a vitando sine necessitate peccat graviter et excommunicationem minorem incurrit^{a)}. — Qui autem recipit ordinem ab episcopo excommunicato vitando, incurrit etiam suspensionem ab exercitio ordinis suscepti^{b)}, ex cap. *Cum illorum, § fin., de sent. excom.* Vide Salmant.³

173. — « IV^o. Privatio usus divinarum officiorum: ita ut » [Excommunicatus] « non » tantum careat eorum fructu; sed etiam « sub mortali iis nequeat interesse, parte » notabili, ita ut moraliter censeatur cum « aliis communicare; nisi excuset igno- » rantia vel necessitas vitandi scandali » [Secluso tamen scandalo, excommunica-

tus, etiam Missa inchoata, tenetur eam relinquere, si nondum consecraverit. S. Thomas^{a)}], « aliave justa causa. » « Bonacina⁴ ex Suarez, Filliuccio, etc. — » « Similiter peccant etiam alii qui cum » « excommunicato vitando eidem Missae » « intersunt; ut ex communi docet Bona- » « cina⁵ contra Durandum^{b)}, quia par- » « ticipant cum illo in divinis.

« Aliud tamen esset, si transiens per » « ecclesiam aliud tractaret; vel breviter » « privatim aut omnino separatim oraret; » « aut si, aliis unum sacramentum audientibus, » « ipse aliud audiret. Quia sic moraliter » « non censeretur communicare cum aliis » « nec conjungi ad unam orationem fun- » « dendam. — Bonacina⁶ ex Suarez, Hen- » « riquez, Filliuccio, Coninck, etc.

« Ac licet peccatum hoc ex genere » « suo sit mortale, ex parvitate tamen ma- » « teriae subinde tantum est veniale, ut si » « exigua pars Missae, v. gr. usque ad » « Evangelium tantum cum illo audiatur » « (Avila, Diana⁷⁾); vel si Horae privatim » « cum eo recitentur^{c)}: Diana⁸ ex Suarez » « et aliis novem ». — [Ut tenent etiam Salmant.⁹ cum Coninck, Bonacina et plu- » « ribus].

Graviter tamen peccaret qui cum vi- » « tando in choro vel publice et solemniter

n. 16. — *Henriq.*, lib. 13, cap. 7, n. 2. — *Fill.*, loc. cit., n. 90. — *Coninck*, disp. 14, dub. 7, n. 53. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 8, dub. 3, v. *Primo ergo dico*. — ⁷ Part. 5, tr. 5, resol. 21. — ⁸ Part. 5, tr. 9, resol. 89. — *Suar.*, disp. 12, sect. 2, n. 18. — ⁹ Tr. 10, cap. 3, n. 63. — *Coninck*, loc. cit., n. 55. — *Bonac.*, loc. cit., punct. 3, § 2, num. 4.

¹ Disp. 7, de Irregul., qu. 3, punct. 5, n. 6; cfr. disp. 2, de Excom. qu. 2, punct. 2, § 4, n. 6. — ² Loc. cit., n. 41. — ³ Loc. cit., n. 42. — ⁴ Disp. 2, de Excom., qu. 2, punct. 3, § 1, n. 1 et seqq. et § 2, n. 1 et 2. — *Suar.*, disp. 12, sect. 1, n. 2, et sect. 2, n. 1. — *Fill.*, tr. 12, cap. 4, n. 83 et 88. — ⁵ Loc. cit., n. 9. — ⁶ Loc. cit., n. 16. — *Suar.*, disp. 12, sect. 1,

babilius dicit, si nempe habuerit intentionem conficiendi sacramentum; quodsi autem intendat solum proferre exteriora verba, « probabilissimum » censet Suarez, n. 14, non incurrere irregularitatem ».

^{d)} Continuator Tournely, *de irregul., part. 3, cap. 4, concl. 1 et infert. 3*, id dicit de quocumque, sive tolerato sive vitando.

^{e)} Hic canon non est Martini V; sed est canon 37 in collectione Martini Bracharensis, et desumitur ex can. 4 et 5 concilii Antiocheni, anno 341, sub Julio I Papa celebrati.

172. — ^{a)} Vide supra notam a ad n. 147.

^{b)} Cap. *Cum illorum § fin., de sent. excom.*, quod allegant Salmant., non apte citatur; ibi enim sermo est non de eo qui recipit ordinem ab episcopo excommunicato vitando, sed de ipso ordinando excommunicato. Cete-

rum haec suspensio habetur in const. *Apostolicae Sedis, suspens. VI*.

173. — ^{a)} S. Thomas, *3^a P., qu. 83, art. 6, ad 2*, dicit esse « tutius ».

^{b)} Durandus a Bonacina citatur non tamquam directe et presse contrarius, sed in quantum negat in hoc inesse communicationem proprie dictam, quod utique Durandus, *in 4, dist. 18, qu. 5, n. 7 (lit. F)*, ait posse videri rationabile. Ceteroquin in fine concludit: « Verumtamen, quia in talibus non sunt relaxandae habenae in elusionem interdictionis Ecclesiae; ideo nemini consulerem quod audiret divina praesente excommunicato ad audiendum ».

^{c)} Auctores hic citati loquuntur de excommunicato qui cum alio privatim Horas recitaret; quamvis Diana et Suarez idem esse dicant de eo qui cum excommunicato recitat.

Vitando licitus usus sacramentalium.

Item, orare privatim in ecclesia.

Hoc peccatum subinde est solum veniale.

recitaret^{d)}; ut Salmant.¹ cum S. Thoma. — Famulus autem qui jussu domini excommunicati officium cum illo recitat ne leviter quidem peccat; quia tunc non communicat, sed tantum obsequium famulatus sui praestat. Ita probabiliter Croix² cum Suarez et Dicastillo, ex can. *Quoniam [caus.], 11, qu. 3*.

174. — Ad majorem intelligentiam advertendum quod non prohibetur excommunicato usus sacrarum imaginum et reliquiarum, eas venerando; imo nec usus aquae benedictae et aliorum sacramentalium: non quidem ut participet fructum quem illa producunt ex benedictione Ecclesiae, sed tantum ut ea veneretur. — Suarez³, Palaus⁴; et Salmant.⁵ cum Henriquez^{a)} et Sayro^{b)}.

Potest etiam tempore, quo non celebrantur divina, ecclesiam ingredi ad orandum privatim et seorsim ab aliis in distincto sacello; ut communiter Suarez⁶, Palaus⁷, Bonacina⁸; et Salmant.⁹ cum Coninck et Cajetano^{c)}. Qui addit, posse etiam in eodem sacello ubi alii orant privatim et ipsum orare; quia private orando minime cum aliis communicat. — Imo dicit Salmant.¹⁰ cum Coninck, Bonacina^{d)}, Diana, Turriano^{e)}, Paludano^{d)},

¹ Tr. 10, cap. 3, n. 62. — S. Thom., in 4, dist. 18, qu. 2, art. 4, sol. 3, ad 1. — ² Lib. 7, n. 211. — *Suar.*, disp. 12, sect. 2, n. 18. — *Dicast.*, disp. 2, num. 724. — ³ Disp. 12, sect. 3, n. 3 et 6. — ⁴ Tr. 29, disp. 2, punct. 9, n. 14. — ⁵ Tr. 10, cap. 3, num. 67. — ⁶ Disp. 12, sect. 3, num. 5. —

^{d)} Salmant. pariter loquuntur de ipso excommunicato sive vitando sive non, qui cum aliis in choro vel publice et solemniter recitaret. Sed S. Thomas, quem ibi citant Salmant., dicit mortale esse communicare cum excommunicato in divinis. Salmant. tamen, n. 71, dicunt « peccare mortaliter clericos qui coram excommunicatis vitandis recitant solemniter officium divinum ».

174. — ^{a)} Henriquez, quamvis a Salmant. citatus, haec omnino praetermittit, *lib. 13, cap. 7, n. 2*.

^{b)} Sayrus, pariter a Salmant. citatus, de solo usu aquae benedictae loquitur, *lib. 2, cap. 3, n. 17*. Sed adverto Salmant. multa simul ponere et deinde auctores indistincte allegare.

^{c)} Cajetanus, *Sum., v. Excommunicatio, tit. Participatio cum excom.*, § *Illicita autem*, dicit excommunicatum orare posse privatim in ecclesia, quando tempore officiorum per eam transit.

etc., quod etiam, dum divina celebrantur, non prohibetur excommunicatus ab ingressu ecclesiae, ut se liberet a satellitibus vel ex alia causa, et si ibi privatim oret; quia tunc nullam habet cum aliis communicationem. Et ideo tunc non tenentur sacerdotes cessare, nec eum repellere, nec alii a templo discedere.

175. — Graviter autem peccaret excommunicatus qui vellet audire Missam vel interesse officiis et similibus publicis functionibus, ex cap. *Illud, de cler. excom. ministr.*; et ex cap. *fin. de sent. excom., in 6^o*. Et, si monitus a sacerdote nolit exire, incurrit excommunicationem Papae reservatam^{a)}, ex cap. *Eos, de sent. excom.* Sicut illam etiam incurrit interdictum nuntiatus pertinaciter assistens Missae et omnes qui impediunt ne excommunicatus aut interdictus recedat; ut Palaus¹¹, Bonacina¹² et Salmant.¹³, ex clem. *Gravis, de sent. excom.*

Item notandum quod sacerdos excommunicatus faciens coram se Missam celebrari incurrit irregularitatem^{b)}, ex cap. *Tanta, de excess. praelat.* — Vide Salmant.¹⁴.

176. — Item, si excommunicatus sit vitandus, et monitus non velit ab ecclesia exire,

⁷ Tr. 29, disp. 2, punct. 9, n. 14. — ⁸ Disp. 2, qu. 2, punct. 3, § 2, n. 8. — ⁹ Tr. 10, cap. 3, n. 68. — *Coninck.*, disp. 11, n. 58. — ¹⁰ Loc. cit., n. 68. — *Coninck*, loc. cit., n. 53. — *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 86. — ¹¹ Loc. cit., num. 4. — ¹² Loc. cit., § 1, n. 8. — ¹³ Loc. cit., n. 70. — ¹⁴ Loc. cit.

^{d)} Bonacina, *disp. 2, qu. 2, punct. 3, § 1, n. 16*; Paludanus, *in 4, dist. 18, qu. 6, art. 1, v. f. (n. 2, i. f.)*, loquuntur de ipso celebrante, vel de assistentibus, quos negant debere desistere, si exposito modo superveniat excommunicatus.

^{e)} Turrianus, *de Censur., lib. 2, dist. 11, dub. 3*, haec dumtaxat scribit: « Non esse communicare cum excommunicato, si quis audiat unam Missam et ille aliam; vel si sit excommunicatus in ecclesia non audiens Missam ».

175. — ^{a)} Excommunicatio haec, quae ceteroquin hodie amplius non viget, erat lata non ex cap. *Eos qui, de sent. excom., in 6^o*, sed ex clem. *Gravis, cod. tit.*

^{b)} Cap. *Tanta, de excess. praelat.*, quod citat S. Alphonsus ex Salmant., loquitur de episcopo violante interdictum, et declarat omnes institutiones, collationes, amotiones, sententias ab eo factas post talem violationem, irritas esse et inanes. Sed in cap. *Latores, de*

Non potest interesse officiis.

Ad quid teneantur clerici si vitandus nolit recedere.

tenentur clerici eum (etiāsi esset sacerdos) expellere si possunt; aut si non possunt, ab officiis cessare et alia agere quae leguntur apud Busenbaum (*num. 177, v. Unde*). Alias graviter peccant, et excommunicationem minorem incurrunt ^{a)}, ex cap. *Is qui, de sent. excom.*; et *clem. 2, eod. tit.*

Assistentes eidem Missae peccant saltem venialiter.

Sicque pariter dicunt Bonacina ¹ et Salmant. ² graviter peccare assistentes eidem Missae quam audit excommunicatus: nisi excuset aliqua necessitas aut parvitas materiae. Et hoc videtur probabilius; quia in Missa necessario omnes audientes conveniunt in una oblatione. — Quamvis Suarez ^{b)} apud Salmant. non improbabilius dicat hanc communicationem adstantium culpam venialem non excedere. Et hoc probabile putant Palaus ³ et iidem Salmant. ⁴; et Sayrus ^{c)}, Filliucius ^{d)}, Henriquez ^{e)}, Krimer, apud Croix ⁵; quia talis communicatio videtur nimis remota et accidentaliter, nisi illi sint etiam causa ut excommunicatus intersit. — Hac tamen ratione non obstante, nullus auctor hujusmodi assistentes excusat saltem a culpa veniali et ab excommunicatione minori.

Audientes aliam Missam non peccant.

Communiter autem docent Busenbaum (*n. 173, v. Aliud*), et Palaus ⁶ cum Suarez, Sayro ^{d)}, Henriquez ^{d)}, Filliucio ^{e)}, Bonacina, et alii cum Salmant. ⁷ ac Ron-

¹ Disp. 2, qu. 2, punct. 3, § 2, n. 9. — ² Tr. 10, cap. 3, n. 72. — *Salmant.*, tract. 10, cap. 3, n. 72. — ³ Tract. 29, disp. 2, punct. 9, n. 5. — ⁴ Loc. cit. — *Krimer*, in lib. 5 Decretal., qu. 39, n. 1905. — ⁵ Lib. 7, n. 207. — ⁶ Loc. cit., num. 5. — *Suar.*, disp. 12, sect. 1, num. 16. — *Bonac.*,

taglia ⁸, quod si adstantes audiant aliam Missam ab illa quam audit excommunicatus, tunc nec ipsi nec celebrans tenentur recedere; quia tunc nulla adest communicatio in eodem divino, et illa assistentia in eodem loco materialiter se habet.

177. — « Porro per divina officia intel- liguntur sacrificium Missae, publica oratio, processio, cantus Horarum, benedictio olei, aquae, candelarum, et caetera « annexa ordini clericali quae solemniter « fiunt; — excepta concione ».

Nam audire concionem, sive lectionem theologiae, canonum, etc., nec excommunicato nec aliis cum ipso prohibetur, cum ibi nulla sit communicatio: argumento ex cap. *Responsio, de sent. excom.* Salmant. ⁹, Croix ^{a)}. — Ipse autem excommunicatus nequit concionari aut legere: nisi sit toleratus et ab aliis requiratur; aut nisi ad hoc teneatur ex officio ^{b)}, quia tunc praesumitur ab iis requiri; ut Suarez ¹⁰, Palaus ¹¹ cum Bonacina, et adherent Salmant. ¹².

« In quibus, licet alii fideles non teneantur vitare toleratum, tenentur tamen « non toleratum sub mortali vitare » [Ex cap. *Is qui, de sent. excom.* ^{c)}] « nisi vel « levitas materiae vel ignorantia aut si- « mile quid excuset.

« Unde, si talis praesens sit, moneri « debet ut recedat; si nolit, debet extrudi

disp. 2, qu. 2, punct. 3, § 1, num. 16. — ⁷ Tr. 10, cap. 3, n. 73. — ⁸ Tr. 4, qu. 2, quaestiu. 5. — ⁹ Loc. cit., n. 73. — ¹⁰ Disp. 12, sect. 2, n. 5. — ¹¹ Tr. 29, disp. 2, punct. 9, num. 10. — *Bonac.*, loc. cit., punct. 3, § 2, i. f. — ¹² Loc. cit., n. 73.

Quid venit nomine divinarum officiorum.

Non venit auditio concionis aut lectionis theologiae.

Obligatus ad Horas, ad illas tenetur licet excommunicatus.

Debet expelli vitandus.

« vel exportari, licet sit sacerdos ». [Ex cap. *Veniens, de sent. excom.* ^{d)}]. — « Nisi « tamen gravius inde timeatur incommodum; ob quod, si expelli non possit, « omittendum est officium, etiam die festo; « et celebrans, nondum inchoato canone, « debet abrumperē Missam; si inchoavit, « potest, caeteris abeuntibus, sacrum pro- « sequi » [Ut tenent Suarez et Henriquez ^{e)}, contra Bonacina et Cornejo, apud Salmant. ¹, qui merito utrumque probabile putant] « vel abrumperē: ob sententiae « utriusque probabilitatem. — Si conse- « cravit, debet, solo ministro manente, « pergere usque ad communionem inclu- « sive, et reliqua perficere in sacristia vel « alio decenti loco ». [Ut certum est cum Salmant. ²].

« Quod si excommunicatus negligat « procurare absolutionem, eo fine ut non « audiat sacrum die festo, peccat mortali- « liter omissione sacri; secus, si alia de « causa negligat ». — [Vide dicta *n. 161*].

178. — « Quod si etiam obligatus est « ad Horas, non excusatur ab illis ».

Ita communiter Laymann ³; Sayrus, Covarruvias, Avila, etc., cum Salmant. ⁴ Etiāsi teneatur ad officium ex solo titulo beneficii. Et si fructus illius beneficii non recipit, hoc provenit ex culpa sua.

Suar., disp. 12, sect. 1, n. 12. — *Bonac.*, disp. 2, qu. 2, punct. 3, § 1, n. 13. — *Cornejo*, de Excom., disp. 10, § 4, dub. 2, v. f. — ¹ Tr. 10, cap. 3, n. 71. — ² Loc. cit., n. 71. — ³ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 2, n. 6. — *Sayr.*, lib. 2, cap. 3, n. 3 et 4. — *Covar.*, Variar. lib. 3, cap. 13, n. 8, v. *Duodecimo*. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 4, dub. 6, concl. 1 et 2. — ⁴ Tr. 10, cap. 3, n. 66 et 66. — ⁵ Lib. 7, n. 224. — *Palaus*, tr. 29, disp. 2, punct. 9, n. 7. — *Suar.*, disp. 12, sect. 2, n. 15. — *Laym.*, loc. cit., n. 6. — ⁶ Loc. cit., num. 66. — *Covar.*, loc. cit. — *Avila*, loc. cit., dub. 6,

Croix ⁵ cum Palao, Suarez, Navarro ^{a)}, Laymann; et Salmant. ⁶.

Qui notant cum Covarruvias et Avila, quod si omnino privetur beneficio, tunc non tenetur amplius ratione beneficii recitare.

« Etsi non debeat dicere: *Dominus « vobiscum*, sed: *Domine exaudi*, etc. ».

Si tamen diceret: *Dominus vobiscum*, venialiter tantum peccaret; ut Salmant. ⁷ cum Bonacina et Henriquez ^{b)}. — Imo Avila et Hurtadus, apud Palaus ⁸; et Navarrus apud Salmant. ⁹, dicunt nullo modo peccare quando solus recitat, quia *ly Dominus vobiscum* erit tantum privata oratio pro aliis: sicut quando dicit in invitatorio: *Venite adoremus*.

Si autem Horas « cum alio privatim « legat, venialiter tantum videtur pec- « care ».

Quamvis enim in can. *Excommunicatos* [*caus.*], *11, qu. 3* ^{c)} interdicitur excommunicato communicare cum aliis, etiam in oratione privata: at secluso scandalo et contemptu, non videtur materia gravis uti socio ad recitandum officium privatim, sicut ad dicendum rosarium. Ita probabiliter [Contin.] Tournely ¹⁰, Bonacina ¹¹; et Coninck, Diana, Covarruvias ^{d)}, Cornejo, Ugolino ^{e)}, apud Salmant. ¹². — Si

concl. 3, i. f. — ⁷ Tr. 10, cap. 3, n. 64. — *Bonac.*, disp. 2, qu. 2, punct. 3, § 2, n. 6. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 4, dub. 6, concl. 3. — *Gasp. Hurtad.*, de Excom., disp. 5, diff. 2, n. 3. — ⁸ Tr. 29, disp. 2, punct. 9, n. 8. — ⁹ Loc. cit., num. 64. — *Navar.*, Man., cap. 27, num. 45 (edit. lat. Venet. 1573 et ital. Venet. 1575). — ¹⁰ De Censur., part. 2, cap. 1, sect. 4, qu. 2, resp. 2. — ¹¹ Disp. 2, qu. 2, punct. 3, § 2, n. 4. — *Coninck*, disp. 14, n. 55. — *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 89. — *Cornejo*, de Excom., disp. 10, § 4, dub. 1, qu. 3. — ¹² Tr. 10, cap. 3, n. 63.

Juxta plures non peccat dicens *Dominus vobiscum*.

Nec peccat graviter Horas recitans cum alio.

cler. excom. ministr. habetur expresse de sacerdote excommunicato qui coram se fecerit celebrare, quod « in perpetuum ab officio sacerdotali deponas ».

176. — ^{a)} Cap. *Is qui de sent. excom.*, et *clem. Gravis 2, eod. tit.*, quae hic allegat S. Alphonsus ex Salmant. non videntur ad rem. — Et cfr. *n. 147*, notam a.

^{b)} Suarez, quamvis a Salmant. simpliciter allegetur, *disp. 12, sect. 1, n. 16*, dicit « fortasse ».

^{c)} Auctores isti: Sayrus, Filliucius et Henriquez, videntur citari a Croix ex Krimer; Krimer vero eos allegat ex Palao sed falso; apud Palaus enim referuntur ad aliud assertum.

^{d)} Sayrus, *lib. 2, cap. 3, n. 22*; Henriquez, *lib. 13, cap. 7, n. 2*, rationem hujus

habent, scilicet negant inesse in hoc communicationem.

^{e)} Filliucius, *tr. 12, cap. 4, num. 90, v. Octavo*, de audientibus loquitur, et concordat, negans eos teneri recedere.

177. — ^{a)} Croix, *lib. 7, n. 281*, sic loquitur: « Auditor excommunicatus, quamvis sit vitandus, potest permitti ut audiat concionem... Non videtur tamen interesse posse lectioni v. g. theologiae ».

^{b)} Suarez hanc sententiam moderatur ita ut excommunicato tolerato id liceat in aliorum favorem tantum, non vero ut in suum favorem se ingerat.

^{c)} Cap. *Is qui* haec tantum, quod ad praesens attinet, habet: « Qui praesentibus majori excommunicatione notatis scienter celebrare praesumit, licet in hoc temerarie

agat, irregularitatis tamen... laqueum non incurrit ».

^{d)} Loquens de casu simili, scilicet negat excommunicatum esse eum qui ejicit ab ecclesia, manibus in eam apposis, monialem divina officia turbantem.

^{e)} Henriquez male citatur a Salmant.; dicit enim, *lib. 13, cap. 10, n. 4*, incepto canone dimittendam esse Missam; incepto *Qui pridie* prosequendam esse.

178. — ^{a)} Navarrus, *Man., cap. 25, n. 102; de Horis canon., cap. 7, n. 16, v. Undecimo*, hoc non habet; a Croix citantur auctores indistincte, postquam multa tractanda simul posuit.

^{b)} Henriquez, *lib. 13, cap. 7, n. 2*, non satis accurate citatur a Salmant.; primo enim

in textu dicit excommunicatum teneri Horas « privatim recitare absque *Dominus vobiscum* ». In commentario autem *lit. 1*. « At excommunicatus, inquit, ne dicat *Dominus vobiscum*... Addit Majolus si sacerdos excommunicatus dicat *Dominus vobiscum*, fit irregularis, sed Navarrus negat peccatum esse dicere ».

^{c)} Iste canon loquitur directe de ceteris cum excommunicato communicantibus.

^{d)} Covarruvias, *in cap. Alma mater, part. 1, § 3, n. 10*, ubi de veniali peccato, loquitur non de ipso excommunicato, sed de eo qui cum excommunicato recitaret.

^{e)} Ugolino, *de Censur., tab. 1, cap. 13, § 14, n. 1*, a Salmant. citatus, non loquitur

autem sit toleratus, nullo modo peccat si recitet cum alio, ab eo requisitus; juxta dicta n. 139, v. *Probabilius*.

179. — « V^o. *Collatio beneficii* facta excommunicato nulla est, uti et *praesentatio* vel *electio*, *institutio* et *confirmatio*. Ratio, quia excommunicatus, etiam tolleratus, non potest communicare in officio; proindeque incapax est beneficii, quod datur propter officium. — Idque licet ignoretur excommunicatio; quia ignorantia invincibilis, etsi excuset a culpa, non tamen supplet defectum conditionis requisitae ad valorem actus. Vide Lessium ¹.

« Imo probabile est excommunicatum, quamvis beneficio ante obtento non prius vetur, fructus tamen et distributiones non facere suas; ideoque eas teneri restitueri etiam ante sententiam iudicis, quia est privatus officio: fructus autem dantur propter officium, velut merces propter opus. Ita Suarez et alii, — contra Sanchez et Coninck, qui probabiliter putant, ex consuetudine^{a)} non teneri ante sententiam, modo per se vel alium inserviat beneficio ».

180. — Plura hic notanda et examinanda. — Equidem nulla est omnis beneficii collatio, electio, etc., facta in favorem excommunicati, ex cap. *Postulastis, de cler. excom. ministr.*

Hinc notandum 1^o. Quod tunc non solum recipientes, sed etiam conferentes, etc., peccant graviter; et incurrunt, ultra excommunicationem minorem, etiam suspensionem a collatione ex *cit. cap.* Vide

Salmant.². — Valida tamen est collatio, si Papa scienter conferat beneficium excommunicato; vel si in concessione Pontificis adsit clausula absolutionis a censura ad effectum gratiae consequendum: nisi quis excommunicatus sit ob haeresim, quae non comprehenditur sub generali absolutione. Salmant.³

Notandum 2^o. Quod idem quod dictum est de beneficiis dicitur de collatione et receptione *dignitatum ecclesiasticarum* habentium jurisdictionem, prout episcopus, prioratus et similis. — Ita communiter Suarez⁴, Bonacina⁵, Palaus⁶, et Salmant.⁷

An autem *idem procedat quoad dignitates saeculares?*

Affirmant^{a)} Salmant.⁸ cum Bonacina, Cornejo, Henriquez, Garcia, Ugolino, etc.; quia excommunicati invalide exercent actus jurisdictionis. — Negant vero Palaus⁹; ac Coninck, Filliucius, Gibalinus et Hurtadus, apud Salmant.¹⁰ (qui id recte probabile vocant). Ratio, quia nullum habetur expressum jus de facto irritans collationem hujusmodi dignitatum. — Nec obstat quod acta iudicis excommunicati sint nulla: prout probabiliter docent^{b)} Suarez¹¹, Diana¹²; Salmant.¹³ cum Coninck et Hurtado; ac ipse Palaus¹⁴ cum Innocentio^{c)}, Panormitano, Vasquez, Laymann, Bonacina, etc.; eo quod consuetudine jam receptum est, annullationem actorum pro iudice ecclesiastico praescriptam in can. *Audivimus, caus. 24, qu. 1*; et in cap. *Tanta, de excessib. prael.*, extendi etiam ad iudicem saecularem.

Interdum est valida collatio a Papa.

Dicta de beneficiis valent pro dignitatibus ecclesiasticis.

Probabiliter non valent pro dignitatibus saecularibus.

Valent pro pensione clericali,

aut ecclesiastica,

sed non pro laicali, vel mixta.

Electus ante excommunicationem valide acceptat.

Nam respondetur quod, licet excommunicatus impediatur a suo officio exercendo, non efficit ut officii collatio sit nulla; post enim absolutionem valide et licite poterit talis iudex suo munere fungi.

Notandum 3^o. Idem quod de beneficio, dicendum esse de *pensione clericali*, quae datur in titulum beneficii ob ministerium ecclesiasticum; et de pensione *ecclesiastica*, licet temporalis, quae datur ob officium ecclesiasticum, prout vicario aut coadjutori episcopi. Ita Salmant.¹ cum Palaus, Suarez et communi. — Secus autem, si pensio sit mere *laicalis*, vel etiam mixta (juxta dicta apud Busenbaum, *Lib. IV, n. 137*); ut probabiliter Palaus, Avila, Laymann, Sa^{d)}, etc., cum Salmant.²

Notandum 4^o. Quod, si quis ante excommunicationem fuisset presentatus vel electus ad beneficium, valide acceptat et possessionem obtinet, etiamsi tempore acceptationis sit excommunicatus; quia acceptatio seu possessio non sunt actus jurisdictionis, sed privati. Ita Palaus³, Bonacina⁴, Covarruvias, Avila, etc., cum

¹ Tr. 10, cap. 3, num. 107. — Palaus, tr. 29, disp. 2, punct. 10, num. 6. — Suar., disp. 13, sect. 1, num. 7 et 8. — Palaus, loc. cit., num. 6 et 8. — Avila, part. 2, cap. 6, disp. 5, dub. 5, init. et concl. 1. — Laym., loc. cit., cap. 2, n. 8. — Tr. 10, cap. 3, n. 108. — Tr. 29, disp. 2, punct. 10, num. 17. — Disp. 2, qu. 2, punct. 4, § 1, num. 9. — Covar., in cap. *Alma mater*, part. 1, § 7, n. 4, v. *Duo-*

Salmant.⁵ (contra Suarez apud [Contin.] Tournely⁶, qui sententiam Suarii vocat aequae probabilem). — Secus dicendum, si is erat excommunicatus tempore collationis. licet postea tempore acceptationis absolutus sit: est commune. Vide Salmant.⁷ Quae requiritur tunc nova collatio; quamvis probabile putent Salmant.⁸ cum Lessio, Bonacina^{e)}, Navarro^{f)}, Henriquez^{g)}, sufficere quod collator sciens in prima voluntate perseveret.

Notandum 5^o. Quod excommunicatus beneficium recipiens non potest facere suos fructus perceptos tempore excommunicationis, etiamsi postea absolvatur et rite beneficium reobtineat. — Attamen eo casu, si pro illo tempore per se vel alios satisfecerit officio annexo, potest fructus retinere; quia fructus beneficii vacantis, ubi non est usus *spolii*, spectant ad successorem; ut dicunt^{h)} Bonacinaⁱ⁾; et Salmant.⁹ cum Coninck, Henriquez^{j)}, Diana et Leandro^{k)}.

Ubi autem est lex *spolii*, recte ait Palaus^{l)} cum Navarro^{l)}, Henriquez^{l)}, Co-

decimo. — Avila, part. 2, cap. 6, disp. 5, dub. 6. — Tr. 10, cap. 3, num. 110. — Suar., disp. 13, sect. 1, num. 15 et seqq. — De Censur., part. 2, cap. 1, sect. 5, qu. 2. — Loc. cit., num. 111. — Loc. cit. — Less., lib. 2, cap. 34, dub. 22, num. 119. — Tract. 10, cap. 3, num. 101. — Coninck, disp. 14, dub. 9, num. 71. — Diana, part. 5, tr. 9, resol. 99.

a) Sa, v. *Homicidium, num. 20*, scribit: « Homicida voluntarius [qui a Trid. sess. 14, de ref., cap. 7, declaratur irregularis et prorsus incapax cujuscumque beneficii etiam simplicis] non est incapax pensionis ».

e) Bonacina, *loc. cit.*, n. 10, existimat sententiam hanc non esse improbabilem, « modo tempore acceptationis electores et praesentatores permanserint in sua prima voluntate ». Praetermittit verbum: *scienter*.

f) Navarrus a Salmant. ex Palaus citatur. Palaus autem allegat *consil. 63 de sent. excom.*, quod in meis editionibus non existit. Sed *tit. de sacram. non iterand., consil. 8, n. 7*, hoc modo breviter colligitur: « Beneficii collatio nulla tacite revalidatur, cum cessante impedimento, is ad quem provisio spectat, sciens patitur provisum illud retinere ». Et ibi sermo est de collatione facta laicis nondum ordinatis, quae negat valere, et addit: « Si praefati possederunt illa beneficia videtur et tolerantibus collatoribus eorum, videtur tacite reflecta ».

g) Henriquez a Salmant. utique citatur;

h) Alphonst, *Opera moralia*. — Tom. IV.

sed *lib. 13, cap. 13, n. 1*, lit. d, nil dicit de duratione voluntatis: « Satis tamen videtur, inquit, si ita electus aut praesentatus, antequam acceptet aut fiat sibi collatio, absolva-tur et fiat capax ».

h) Auctores citati mentionem non faciunt de lege *spolii*, vi cuius omnes fructus beneficii post mortem beneficiati cedebant Camerae Apostolicae, ex const. Pauli III, Pii IV, et S. Pii V. Cfr. Ferraris, v. *Spolium*.

i) Bonacina, *disp. 2, qu. 2, punct. 4, § 1, n. 5* loquitur tantum de excommunicato beneficiario et dicit eum nullum jus ad fructus habere.

j) Henriquez, *lib. 13, cap. 14, num. 3* et Leander, *tr. 2, disp. 9, qu. 26*, non exigunt quod satisfecerit officio; id solum exigunt casu quo excommunicatus non potuerit revalidationem tituli obtinere.

k) Palaus, *tr. 29, disp. 2, punct. 11, n. 1*, videtur agere tantum de casu ubi excommunicatus beneficium iterum non obtinet; tunc potest retinere fructus servitio respondentis.

l) Navarrus, *lib. 5, cons. 50, de sent.*

5^{us} effectus excommunicationis: Nullitas beneficii collationis, etc.

Conferentes, etc. peccant graviter.

Excommunicatus beneficium recipiens non facit suos fructus.

Limitationes.

¹ Lib. 2, cap. 34, dub. 22, n. 16 et 17. — Suar., disp. 13, sect. 2, n. 7 et seqq. — Sanch., de Matr., lib. 3, disp. 51, n. 12. — Coninck, disp. 14, dub. 9, n. 80 et 81. — Tr. 10, cap. 3, num. 96 et seqq. — Loc. cit., n. 98. — Disp. 13, sect. 1, n. 6. — Disp. 2, qu. 2, punct. 4, § 1, n. 3. — Tr. 29, disp. 2, punct. 10, n. 9. — Loc. cit., n. 102. — Loc. cit., n. 103. — Bonac., loc. cit., n. 3. — Cornejo, de Excom., disp. 10, § 7, dub. 1. — Henricq., lib. 13, cap. 13, n. 1. — Nicol. Garcia, de Benef., part. 7, cap. 13, n. 24. — Ugolin., tab. 2, cap. 13, § 3. — Loc. cit., num. 11. —

Coninck, disp. 14, dub. 11, n. 106. — Fill., tr. 12, cap. 7, n. 178. — Gibal., disquis. 7, qu. 7, n. 5. — Gasp. Hurtad., de Excom., disp. 8, diff. 2, n. 4. — Loc. cit., n. 103. — Disp. 16, sect. 1, n. 2, 5 et seqq. — Part. 5, tr. 9, resol. 108. — Tr. 10, cap. 3, n. 121. — Coninck, loc. cit., n. 103. — Hurtad., loc. cit., n. 3. — Tr. 29, disp. 2, punct. 14, § 2, n. 2. — Panorm., in cap. *Ad probandum 24*, de sent. et re iudic., n. 2; et in cap. *Sciscitatus 13*, de rescript., n. 12, i. f. — Vasq., de Excom., dub. 5, n. 8. — Laym., lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 2, n. 14. — Bonac., disp. 2, qu. 2, punct. 7, n. 1 et 2

de gravitate peccati; id solum scribit: « Ubi excommunicatus est... cum aliis eas non recitabit, cum aliorum communionem careat ».

179. — a) Nec Sanchez, nec Coninck loquuntur de consuetudine.

180. — a) Bonacina, Cornejo, Garcia et Ugolinus excipiunt casum quo dignitatem

jure haereditario, vel etiam emptionis titulo acquireret.

b) Scilicet de vitando.

c) Innocentius, in cap. A nobis, de except., citatus a Palaus, loquitur non de iudice, sed de accusatore, quem repellit ab accusatione, si est excommunicatus.

nink¹⁾ et Avila, posse tantum retinere fructus correspondentes servitio praestito. — Imo probabiliter dicunt Suarez¹, [Contin.] Tournely², Diana³; et Salmant.⁴ cum Coninck et Cornejo, quod si ille bona fide beneficium recepit et servitium praestitit: tunc, licet teneatur beneficium dimittere, potest tamen retinere aut exigere fructus suae congruae sustentationi correspondentes pro tempore servitii praestiti; quia reipsa Ecclesiae inservivit, et ratione illius operis dignus est congrua sustentatione.

181. — Sed quaeritur 1^o. *An excommunicatus etiam toleratus sit inhabilis ad beneficia, officia, etc.?*

Negant Gibalinus, Navarrus^{a)}, Diana^{b)}, Hurtadus (et probabile vocat Lessius), apud Salmant.⁵ Quia Concilium Constantiense, concedens fidelibus cum excommunicato tolerato communicare, consequenter concedit excommunicato beneficium recipere. — Verius tamen affirmant Palaus⁶, Suarez⁷, [Contin.] Tournely⁸; item Avila, Coninck, etc., cum Salmant.⁹ Ratio quia, etsi concessum sit aliis cum tolerato communicare, excommunicatus tamen non potest officia praestare; quare collatio semper fit indigno.

Exciperem, si in aliquo casu officia praestanda essent in commodum conferentium beneficium, et petentium illius communicationem in praedictis officiis. — Hinc licet in cap. *Postulastis, de cler. excom. ministr.* lata sit suspensio contra

conferentes beneficium excommunicato; tamen recte dicunt Salmant.¹⁰ hanc suspensionem sublatam fuisse ex concilio Constantiensi.

182. — Quaeritur 2^o. *An valida sit collatio beneficii facta alicui inculpabiliter ignorantem se esse excommunicatum vel non esse ab excommunicatione absolutum?*

Negant communis Palaus¹¹, Lessius¹² et Sanchez¹³, Suarez¹⁴, et alii cum Salmant.¹⁵ Ratio, quia ignorantia excusat quidem a culpa, sed non tollit inhabilitatem. — Dicunt tamen Lessius¹⁶ et Salmant.¹⁷, probabilem esse sententiam Dianae et Bauny cum Fabro, quod collatio tunc satis sit valida^{a)}; quia collator ad cautelam solet absolvere a censuris, dum alicui de beneficio providet, ad effectum scilicet tantum praesentis collationis consequendum. Idque revera est satis probabile^{b)} cum Cabassutio¹⁸.

183. — Quaeritur 3^o. *An qui est excommunicatus post beneficium obtentum prius fructibus ante sententiam iudicis, etiamsi per se aut per alium officium praestet?*

Affirmant Concina¹⁹ cum Suarez, Filiuccio^{a)}, etc. — Sed probabiliter negant Palaus, Sanchez, Laymann, Tournely, Salmant. et alii, quos retulimus *Lib. III, n. 670*.

Post sententiam vero, excommunicatus restituere quidem tenetur omnes fructus, donec absolvatur; etiamsi per se non

Probabiliter valida est collatio facta ignorantem se esse excommunicatum.

Excommunicatus non privatur fructibus ante sententiam.

Avila, part. 2, cap. 6, disp. 6, dub. 7, post concl. 4, v. *Ex dictis*. — ¹ Disp. 13, sect. 1, n. 3. — ² De Censur., part. 2, cap. 1, sect. 5, v. *Hic tria*. — ³ Part. 5, tr. 9, resol. 99. — ⁴ Tr. 10, cap. 3, n. 100. — *Coninck*, disp. 14, dub. 9, n. 71. — *Cornejo*, de Excom., disp. 10, § 6, dub. un., qu. 3. — *Gibal.*, disquis. 7, qu. 7, num. 10. — *Gasp. Hurtad.*, de Excom., disp. 6, diff. 2, n. 6 et 7. — *Less.*, lib. 2, cap. 34, dub. 22, num. 117. — ⁵ Tr. 10, cap. 3, num. 104. — ⁶ Tr. 29, disp. 2, punct. 10, num. 3. — ⁷ Disp. 13, sect. 1, num. 26. — ⁸ De Censur., part. 2, cap. 1, sect. 5, qu. 1. — *Avila*, part. 2, ap. 6, disp. 5, dub. 2, concl. 1. — *Coninck*, disp. 14, n. 70. — Loc. cit., num. 105. — ⁹ Loc. cit., num. 106. — ¹⁰ Loc. cit.,

num. 4. — ¹¹ Lib. 2, cap. 34, num. 117. — ¹² Consil., lib. 2, cap. 2, dub. 10, n. 7. — ¹³ Disp. 13, sect. 1, num. 30. — ¹⁴ Tr. 10, cap. 3, num. 99. — ¹⁵ Lib. 2, cap. 34, dub. 22, n. 117. — ¹⁶ Loc. cit. — *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 99. — *Bauny*, Theol. mor., part. 2, disp. 7, qu. 13, cas. 3. — *Philip. Faber*, in 4, dist. 25, qu. 1, disp. 4, num. 191. — ¹⁷ Lib. 5, cap. 11, n. 11. — ¹⁸ De Censur., diss. 2, cap. 1, num. 29 et 25. — *Suar.*, disp. 13, sect. 1, n. 4. — *Palaus*, tr. 29, disp. 2, punct. 11, n. 4. — *Sanch.*, de Matr., lib. 3, disp. 51, n. 12. — *Laym.*, lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 2, n. 9. — *Contin. Tournely*, de Censur., part. 2, cap. 1, sect. 5, qu. 4. — *Salmant.*, tr. 10, cap. 3, n. 114.

excom.; Henriquez, *loc. cit.* et Coninck, *loc. cit.*, aiunt excommunicatum obtinentem revalidationem tituli servare posse omnes fructus.

181. — ^{a)} Navarrus, *loc. cit.* a Salmant, id est, in cap. *Fratres, de poenit., dist. 5, n. 46*, loquitur de excommunicato qui inculpabiliter ignorat se esse excommunicatum.

^{b)} Diana, *part. 5, tr. 9, resol. 99*, recitat dumtaxat hanc et oppositam sententiam.

182. — ^{a)} Bauny et Faber hoc asserunt de foro interno tantum.

^{b)} Cabassutius ait per clausulam absolutionis ad effectum gratiae consequendae occurri nullitati rescriptorum apostolicorum.

183. — ^{a)} Filiucci, *tr. 12, cap. 5, n. 129*, absolute id affirmat, nulla facta mentione de servitio praestito necne; sicut pariter in contraria sententia Palaus.

stet quominus absolvatur. Nisi esset pauper; quo casu sibi fructus tamquam pauperi applicare posset. — Ita Laymann¹, Palaus²; et Salmant.³ cum Avila, Silvestro^{b)}, Cornejo^{c)}, etc.

184. — « VI. Privat communicatione fo-
« *rensi*. Unde excommunicatus nequit esse
« iudex, advocatus, procurator (licet pro
« semetipso respondere possit ipse. Co-
« ninck, Praepositus, Diana⁴⁾ ». — [Et
« etiam actorem reconvenire; et hoc, etiamsi
« per alium commode possit se tueri; ut Co-
« ninck, Palaus, Suarez, etc., contra alios,
« apud Salmant.⁵⁾]

Item « actor, tabellio, testis, etc.; ita
« ut contra excommunicatum, etiam tole-
« ratum, semper possit reus excipere ».

Ita ex cap. *Veniens ad nos, de testibus*;
cap. *Pia, de except.*, in 6^o; et can. *Nullus*,
[*caus.*] 3, qu. 4. Quamvis is actor excom-
municatus valide agat, donec repellatur;
ut ex dicto cap. *Pia*. Dicunt tamen Diana
et Lezana^{a)} apud Salmant.⁶, non peccare
graviter actorem qui iuste petit suum, si
non repellitur. — Toleratus vero licite
tuetur se et alios in iudicio; ut Palaus⁷;

¹ Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 2, n. 9. — ² Tr. 29, disp. 2, punct. 11, n. 6. — ³ Tr. 10, cap. 3, n. 117. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 6, dub. 1, concl. 3. — *Coninck*, disp. 14, dub. 11, n. 101 et 117. — *Praepos.*, de Censur., qu. 2, dub. 13, n. 87. — ⁴ Part. 5, tr. 9, resol. 111. — *Coninck*, loc. cit., n. 115 et seqq. — *Palaus*, disp. 2, punct. 14; § 2, n. 24 et 26. — *Suar.*, disp. 16, sect. 4, n. 2 et 6. — ⁵ Loc. cit., n. 124 et 125. — *Diana*, loc. cit., resol. 110. — ⁶ Loc. cit., n. 118. — ⁷ Loc. cit., num. 13. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 7, dub. 3,

Salmant.^{b)} cum Avila^{b)}. Vitandus tamen non potest alios in iudicio defendere; quamvis, si faciat et stipendium recipiat, non teneatur illud restituere. Navarra^{c)}, Avila, Lezana, Salmant.⁸ — Exceptio autem opponi potest etiam post sententiam ante ejus executionem. Salmant.⁹, ex dicto cap. *Pia*.

« Quod si non faciat, nec iudex eum
« repellat, valida ejus acta erunt, si sit
« toleratus. Secus est de iudice non tole-
« rato, cum sit privatus jurisdictione ». [Hoc recte putant esse probabiliter Salmant¹⁰; juxta dicta supra, n. 180, ad *Not. 2*. Testis pariter vitandus valide testatur, si non repellitur; toleratus autem valide et licite, si ab una partium requiritur. Salmant.¹¹ cum Avila^{d)} et Palao^{d)}]. — « Vide Laymann¹², Diana¹³.

« Non potest etiam esse tutor aut cu-
« rator, Diana^{e)} ex Silvestro^{e)}. — Neque
« testamenti executor. Diana¹⁴, ex Car-
« pio, etc. (contra Sanchez, Lugo, etc.). Si
« tamen non fiat oppositio, valide exse-
« quitur, ibid.¹⁵. Nec potest ipse testari
« licite; etsi faciat valide, etiam cum ex-

concl. 3. — *Lezana*, Sum., v. *Excommunicatio*, n. 38. — ⁸ Tr. 10, cap. 3, n. 118. — ⁹ Loc. cit., n. 119. — ¹⁰ Loc. cit., n. 121. — ¹¹ Loc. cit., n. 123. — ¹² Lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 2, num. 14. — ¹³ Part. 5, tr. 9, resol. 112 et 113. — ¹⁴ Part. 8, tr. 5, resol. 2. — *Francisc. Carpius*, de Executor. testam., lib. 1, cap. 9, a num. 26. — *Sanchez*, Consil., lib. 4, cap. 1, dub. 40, num. 11. — *Lugo*, de Just. et Jure, disp. 24, sect. 16, num. 324. — ¹⁵ Ap. *Diana*, loc. cit., resol. 2, i. f.

^{b)} Silvester, v. *Clericus IV, n. 17, qu. 25, i. f.*, scribit quod si excommunicatus « non habet unde vivat... providendum est ei interim de bonis Ecclesiae ».

^{c)} Cornejo, *de Excom., disp. 10, § 6, dub. un., qu. 2, v. Et si roges*, distinguit: Si perseverat excommunicatus in sua contumacia, non potest propria auctoritate id facere; si vero in contumacia non perseverat, pauper potest percipere fructus sibi et suis necessariis.

184. — ^{a)} Lezana, *Sum., v. Excommunicatio, num. 37*, hac de re dumtaxat scribit: « Peccat... mortaliter vel venialiter juxta capacitatem materiae, actoris munus exercendo... nisi magna necessitate cogente id faciat ».

^{b)} Salmant., *loc. cit., n. 118*, ubi citant Avilam, loquuntur de tolerato qui alios tueri; et ita revera Avila, *part. 2, cap. 6, disp. 7, concl. 2*. Salmant. tamen, *n. 124*, dicunt excommunicatum quemlibet posse se ipsum defendere, non tamen posse per se

ipsum comparere, nisi non inveniatur procuratorem, vel alium qui causam ejus suscipere queat: Idemque tenet Avila, *dub. 2*.

^{c)} Petrus Navarra, *de Restit., lib. 2, cap. 2, n. 237*, de casu simili tractat, scilicet de beneficiato excommunicato etiam notorie, quem dicit lucrari fructus beneficii, modo officia ei annexa exsequatur, Horis assistens, residens.

^{d)} Avila et Palaus, citantur solum pro tolerato; et revera Avila, *loc. cit., disp. 7, dub. 4*; Palaus, *loc. cit., n. 17*, asserunt toleratum posse esse testem, quia hoc munus ex natura sua ordinatur in favorem partis.

^{e)} Diana, *part. 5, tr. 9, resol. 115*, negat excommunicatos posse licite esse tutores vel curatores; contractus tamen ab eis initos probabiliter validos esse ait. Et contra hanc ultimam partem allegat Silvestrum, qui revera v. *Excommunicatio III, n. 2*, negat contractus initos ab his, si sint notorie excommunicati, validos esse.

« communicatum instituit haeredem *f)*.
« Suarez, Filiuccius, Mercerus, etc., cum
« Diana ¹.

« Denique contractus omnes ab eo facti
« — etsi sint illiciti, et ratione eorum non
« detur actio in foro externo, durante exse-
« cutione ^{g)} — valent. Nisi fiant ab eo ut
« persona publica vel ministro ratione mu-
« neris et beneficii; quia tunc spectant ad
« jurisdictionem, quae suspensa est ^{h)}. —
« Diana ², ex Còvarruvias, Filiuccius, Mer-
« cero, etc. ».

185. — « VII^o. Excommunicatus non to-
« leratus privatur *usu jurisdictionis*. Unde
« non potest valide eligere, conferre, prae-
« sentare, ferre leges vel sententiam. — Et
« qui sic beneficium a non tolerato accepit
« dicendus est intrusus; ac proinde tene-
« tur, sine alia juris declaratione, benefi-
« cium una cum fructibus relinquere ».
[Ita communiter Salmant. ³].

« Dixi: non toleratus. — Quia acta to-
« lerati probabile est esse valida ob bonum
« commune; graviter tamen peccat, si
« absque necessitate talia exercent ». [Et
hoc certum est cum Salmant. ^{a)}, quoad
judicem ecclesiasticum, in cap. *Tanta, de
excess. praelat.*].

186. — « VIII^o. Non toleratus privatur
« *ecclesiastica sepultura*, ita ut non possit
« in loco sacro seu benedicto sepeliri. Et

« si contrarium fiat, ac corpora discerni
« possint, debet exhumari; nec in eo loco
« divina peragi ante reconciliationem ».

Ita ex cap. *Sacris, de sepult.* Polluta
autem ecclesia, manet pollutum et coe-
meterium; sed non contra ^{a)}, ex cap. *Con-
suluisti, de consecr. eccles.* Si vero excom-
municatus decessit cum signis poenitentiae
non est exhumandus, sed absolvendus, pe-
tita absolutione ab haerede. Salmant. ⁴
cum Palao ^{b)} et Cornejo.

Peccant graviter comitantes vitandum
ad sepulturam, clerici canentes, etc. Vide
Salmant. ⁵. — Sepelientes autem illum in-
currunt excommunicationem majorem ex
clm. 1 de sepult. c). Per *sepelientes* au-
tem non intelliguntur comitantes, canen-
tes, etc.

An autem intelligantur *procurantes se-
peliri*? Affirmant Salmant. ⁶ cum Palao,
Coninck, Suarez. Sed negant Cajetanus,
Bonacina, Avila, Henriquez ^{d)}, etc., ibid. ⁷.
Recte dicunt Salmant. ⁸, utramque esse
probabilem.

187. — « Dixi: non toleratus. — Quia ec-
« clesia non polluitur, etsi haereticus non
« speciatim denunciatus in ea sepeliatur;
« ut docent Suarez, Laymann et alii ».
[Hinc tolerati licite sepeliuntur in loco
sacro, si cum signis poenitentiae e vita
migraverint. Palao ⁹, Salmant. ¹⁰, Navar-

^{Suar.}, disp. 15, sect. 9, n. 1 et 3. — ^{Fili.}, tr. 12, cap. 8,
n. 206 et 207. — ^{Mercer.}, in Suppl., qu. 21, dub. 13, n. 5. —
¹ Part. 5, tr. 9, resol. 129. — ² Loc. cit., resol. 128. — ^{Covar.},
in cap. *Alma mater*, part. 1, § 1, n. 10. — ^{Fili.}, loc. cit.,
num. 200 et seqq. — ^{Mercer.}, loc. cit., num. 4. — ³ Tr. 10,
cap. 3, n. 121. — ⁴ Loc. cit., n. 76. — ^{Cornejo}, de Excom.,
disp. 10, § 8, qu. 2, v. *Sed quid*. — ⁵ Tr. 10, cap. 3, n. 77.
— ⁶ Loc. cit., n. 82. — ^{Palao}, disp. 2, punct. 6, n. 15. —

^{Coninck}, disp. 14, dub. 8, n. 67 et 68. — ^{Suar.}, disp. 12,
sect. 4, num. 10. — ^{Cajetan.}, Sum., v. *Excommunicatio*,
cap. 46, v. *Nota 3*. — ^{Bonac.}, qu. 2, punct. 3, § 3, n. 8. —
^{Avila}, part. 2, cap. 6, disp. 10, dub. 6, v. *Dico 2*. —
⁷ ^{Ap. Salmant.}, loc. cit., num. 81. — ⁸ Loc. cit., n. 80. —
^{Suar.}, disp. 12, sect. 4, num. 5. — ^{Laym.}, lib. 1, tr. 5,
part. 2, cap. 4, num. 9. — ⁹ Disp. 2, punct. 6, num. 12. —
¹⁰ Tr. 10, cap. 3, n. 75.

f) Auctores videntur a Diana citari so-
lum pro ultima parte asserti; nihilominus
tamen implicite et quoad totum assertum
concordant.

g) Lege: Durante excommunicatione.

h) Diana hanc utique exceptionem affert
sed duas alias etiam addit; itemque Filiuc-
cius et Mercerus, Covarruvias autem hanc
solam innuit.

185. — *a)* Salmant. utique, loc. cit., n. 121,
dicunt acta tolerati valida esse; sed non
dicunt hoc esse certum de iudice ecclesiastico.
Quod autem certum habent, loc. cit., et ad
quod refertur cap. *Tanta, de excess. praelat.*,
citatum n. 86, est quod actus iudicis eccle-
siastici *vitandi* sunt nulli.

186. — *a)* Istud cap. *Consuluisti, de con-
secr. eccl. vel altar.*, ad rem non facit; ci-
tandum est autem cap. Si ecclesiam, *eod. tit.*
in 6^o, ubi expressis verbis haec sanciantur.

b) Palao non recte citatur a Salmant.;
scribit enim, disp. 2, punct. 6, n. 13: « Si...
decesserit poenitenter, absolvendus est ante-
quam sepeliatur; et si sepultus est ante, exhu-
metur ».

c) Vide, in constit. *Apostolicae Sedis*, ex-
com. 1 inter nemini reservatas.

d) Henriquez, lib. 13, cap. 43, num. 3,
lit. c et d, id aperte sentit, uti loquitur Avila:
« Si ita sepelire praesumat suis manibus in
loco sacro, ... incurrit excommunicationem epi-
scopo reservatam ». Ita Henriquez.

rus ^{a)}, Coninck ^{b)}, Sayrus ^{a)}]. — « Jure nihilo-
« minus id prohibent episcopi in Germania;
« eo quod inter caeteras poenas non com-
« municantium in Paschate, etiam statua-
« tur privatio sepulturae ecclesiasticae ».

188. — « IX^o. Excommunicatus privatur
« *omni alia civili communicatione fide-
« lium*, ita ut ipse non possit cum aliis,
« et si non sit toleratus, etiam alii cum
« ipso non possit communicare: idque in
« casibus hoc versu comprehensis:

« 1. *Os*, 2. *Orare*, 3. *Vale*, 4. *Commu-
« nio*, 5. *Mensa negatur* ».

Ista eruntur ex iis quae declaravit
Callixtus Papa in can. *Excommunicatos*,
[*caus.*] 11, qu. 3, ubi dixit: *Nec cum eis
in oratione, aut cibo aut potu, aut osculo
communicet, nec ave eis dicat; quia qui-
cumque in his vel aliis prohibitis scienter
excommunicatis communicaverit, juxta
apostolorum institutionem, et ipse simili
excommunicationi subjacebit*. Non autem
hic illud *simili* importat aequalitatem
(scilicet, excommunicationem majorem),
sed tantum similitudinem, prout excom-
municatio minor similis est majori.

189. — « Dicitur I^o. *Os*: per quod intelli-
« gitur osculum et omne colloquium, etiam
« privatum. — Item per nutus, litteras, in-
« ternuntium et quodvis signum benevo-
« lentiae ». [Ut missio vel acceptatio mu-
nerum. Salmant. ¹ cum Bonacina, Avila,
Reginaldo, etc.].

¹ Tr. 10, cap. 3, num. 135. — ^{Bonac.}, disp. 2, qu. 2,
punct. 6, § 2, n. 2. — ^{Avila}, part. 2, cap. 6, disp. 9, dub. 2. —
^{Regin.}, lib. 32, tr. 1, num. 69. — ² Part. 5, tr. 9, resol. 116.
— ³ Tr. 29, disp. 2, punct. 17, n. 4. — ^{Laym.}, lib. 1, tr. 5,
part. 2, cap. 2, n. 16. — ⁴ Loc. cit., n. 136. — ^{Gasp. Hurtad.},
de Excom., disp. 9, diff. 1, n. 4. — ⁵ Lib. 50, de Excom.,

190. — « Dicitur 2^o. *Orare*, id est omnis
« communicatio in divinis: de qua supra ».
— [Vide dicta n. 173].

191. — « Dicitur 3^o. *Vale*: quod compre-
« hendit omnem salutationem (saltem ho-
« norificam) verbo vel signo vel amplexu.
« — Et secundum quosdam, etiam resaluta-
« tionem, eo quod sit actus observantiae;
« sed contrarium videtur verius, quia est
« solutio debiti. — Imo Sayrus ^{a)}, etc. cum
« Diana ² putant probabile quod sola ver-
« balis salutatio sit prohibita; non autem
« alia signa, v. gr. aperiendo caput, etc.,
« quae urbanitatis causa fieri solent ».

192. — Dubitatur igitur I^o. *An liceat exhi-
bere excommunicato signa urbanitatis*,
v. gr. adsurgendo, aperiendo caput, dando
locum, *sine tamen ulla expressione ver-
borum?*

Prima sententia valde probabilis negat.
Et hanc tenent Suarez ^{a)}; Palao ³
cum Laymann; Salmant. ⁴ cum Hurtado;
Escobar ⁵ cum Vasquez et Silvestro; ac
Bonacina ^{b)} cum Henriquez, Ugolino et
Reginaldo ^{b)}. — Ratio, quia hujusmodi
actus reverentiae, esto solis nutibus fiant
et sine animo honorandi, sunt tamen quae-
dam communicatio et vera signa amici-
tiae ac salutationis.

Secunda vero sententia affirmat: modo
absit animus salutandi. Hanc tenent S. An-
toninus ^{c)} cum Guillelmo; Navarrus ⁶ cum
Majore ^{c)} et Angelo ^{c)}; Filiuccius ^{d)}, Spo-

num. 254. — ^{Vasq.}, de Excom., dub. 8, num. 5. — ^{Silvest.},
v. *Excommunicatio V*, n. 3, v. *Tertio*. — ^{Henrig.}, lib. 13,
cap. 7, n. 8. — ^{Ugolin.}, tab. 2, cap. 23, § 2, n. 9 et 10. —
^{Guillelm. Rhedon.}, Gloss. in Sum. S. Raym., de Poenit.,
lib. 3, de sent. praec., definit. et excom., § 40, v. *Ita ne*.
— ⁶ Man., cap. 27, n. 20.

^{9us} effe-
ctus: Pri-
vatio com-
municatio-
nis civilis.

Juxta
alios, pro-
hibentur si-
gna urbanitatis sine
verbis.

Juxta alios,
non prohi-
bentur.

187. — *a)* Navarrus, *Man., cap. 27, n. 36,*
ad 2 et n. 137; Sayrus, *lib. 2, cap. 4, n. 12,*
quidquid dicant Salmant., non requirunt signa
poenitentiae, sed absolute dicunt toleratos
posse in loco sacro sepeliri.

b) Imo Coninck, *loc. cit., n. 66*, dicit posse
in loco sacro sepeliri, quoties non constat
publice eum impenitentem decessisse.

191. — *a)* Scilicet Diana vocat probabilem
sententiam quae intelligit per salutationem
prohibitam solum verbalem vel per litteras,
quam sententiam Sayrus, *lib. 2, cap. 13,*
n. 7, tenet ut probabilior.

192. — *a)* Suarez, *disp. 15, sect. 1, n. 3*, hoc
tenet « in rigore ... juris »; licet sententia oppo-
sita « ad praxim accommodata sit et unam

possit excusationem habere, quae est consue-
tudo ». Et, *n. 4*, ait nonnullas ex his actionibus
« fortasse » ex consuetudine excusari posse.

b) Bonacina, *disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2,*
n. 4, revera tenet secundam sententiam, sicut
et Reginaldus, *loc. cit., n. 82*, dicendo illi-
cita quidem esse haec signa, sed excusari
posse si fiant non animo salutandi.

c) S. Antoninus, *part. 3, tit. 25, cap. 2,*
init., v. *Secundo*, absolute et sine conditione
dicit licita esse haec signa et ita etiam Major,
in 4, dist. 18, qu. 2, init.; et Angelus, v. *Ex-*
communicatio VIII, n. 4.

d) Filiuccius, *tr. 13, cap. 5, n. 86*, id vide-
tur pro solis superioribus vel personis pu-
blicis admittere.

rer¹⁾; item Sotus^{e)}, Avila, Graffius et Sayrus, apud Palaum^{e)}. — Ratio: tum quia tales actus non exhibentur ut signa amicitiae aut communicationis, sed ut vitetur nota inurbanitatis; tum quia, esto hujusmodi actus involvant quamdam salutationem, talis tamen salutatio videtur consuetudine introducta ut necessaria, non quidem ad honorandum excommunicatum, sed ne ille contemnatur.

Secunda sententia est probabilis.

Hanc autem secundam sententiam merito vocant probabilem ipsi fautores primae sententiae, nempe Bonacina, Palaus, Salmant. et Escobar. — Maxime^{f)}, ut ajunt Croix²⁾, Mazzotta³⁾, Bonacina⁴⁾ cum Suarez⁵⁾, et Renzi⁶⁾ cum Laymann^{h)} et Pellizario^{h)}, si excommunicatus sit superior vel persona publica, uti episcopus, praetor, etc.; quia tunc praedicta signa potius exhibentur ad vitandum damnum vel indignationem illius.

193. — Dubitatur²⁾. *An liceat excommunicatum resalutare?*

Affirmant Busenbaum (ut supra, n. 191), ac Filiuccius^{a)}; Henriquez et Krimer^{b)} apud Croix⁶⁾ (et probabile putat Palaus⁷⁾). Quia, ut ajunt, resalutatio illa non est exhibitio honoris, sed debiti solutio, quae non videtur ab Ecclesia vetari. — Sed probabilis negant Bonacina⁸⁾, Holzmann⁹⁾; et Salmant¹⁰⁾ cum Avila^{c)}. Ratio, quia, cum vetitum sit salutare excommunicatum, ille

Probabilis non licet resalutare excommunicatum.

¹⁾ Suppl. Decal., cap. 3, num. 97. — Avila, loc. cit., disp. 9, dub. 9. v. *Dico 2.* — *Graff*, Decis. aur., part. 1, lib. 4, cap. 12, num. 5. — *Sayr.*, lib. 2, cap. 13, n. 7. — *Bonac.*, loc. cit., num. 4. — *Palaus*, loc. cit. — *Salmant.*, loc. cit., n. 136. — *Escob.*, loc. cit. — ²⁾ Lib. 7, n. 277. — ³⁾ Tr. 8, disp. 2, qu. 1, cap. 3, num. 3, v. *Dicitur vale.* — ⁴⁾ Disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2, n. 4. — ⁵⁾ De Censur., tr. 2, cap. 1, sect. 2, qu. 4. — ⁶⁾ Loc. cit., num. 277. — *Henriq.*, lib. 13, cap. 7, n. 3, lit. o. — ⁷⁾ Tr. 29, disp. 2, punct. 17, n. 4. — ⁸⁾ Loc. cit., n. 4. — ⁹⁾ De Poenis eccl., n. 197. — ¹⁰⁾ Tr. 10, cap. 3, n. 136. — ¹¹⁾ Loc. cit., n. 4. — ¹²⁾ Lib. 7,

non habet jus ut resalutetur; eo quod in poenam sui criminis est illo privatus.

Et sic pariter probabilis dicunt Bonacina¹¹⁾, Croix¹²⁾, Viva¹³⁾; Salmant.¹⁴⁾ cum Avila; et Renzi¹⁵⁾ cum Pellizario (contra Sà et Henriquez apud Viva¹⁶⁾, quorum opinionem probabilem putat Mazzotta¹⁷⁾, neque esse licitum excommunicato *rescribere*. — Ratio est eadem, ut supra; quia, cum prohibitum sit communicare cum excommunicato, ille non habet jus ut ei rescribatur.

Nec eidem rescribere.

Caeterum, quoad *resalutationem*, non audeo primam sententiam dicere improbabilem. Quia, licet excommunicatus non habeat jus ut resalutetur, tamen resalutatio illa non videtur proprie actus honoris; et contra, negatio illius videtur quidam actus contemptus vel saltem inurbanitatis. — Quoad *rescriptionem* vero, non valeo acquiescere sententiae oppositae; quia rescriptio videtur vera communicatio.

Qui autem excommunicatum injuriis afficeret^{d)}, vel ei diceret: *Deus te illuminet, convertat, etc.*, nullam quidem censuram incurrit. — Ita communiter S. Antoninus¹⁸⁾, Salmant.¹⁹⁾ et Croix²⁰⁾.

194. — « Dicitur 4^o. *Communio*. Quae comprehendit omnem contractum; qui « tamen validus est, si fiat ». [Ita Salmant.²¹⁾ cum Palao, Coninck, Avila, contra ali-

Judicium S. Doctoris de sententia opposita.

5^o Mensa.

Prohibetur convictus formalis.

4^o. Communio.

n. 277. — ¹³⁾ De Censur., qu. 3, art. 2, n. 9. — ¹⁴⁾ Loc. cit., n. 136. — Avila, part. 2, cap. 6, disp. 9, dub. 9. — ¹⁵⁾ De Censur., tr. 2, cap. 1, sect. 2, qu. 2. — *Pelliz.*, tr. 7, cap. 2, n. 76. — *Sà*, v. *Excommunicatio*, n. 39 (edit. genuina.). — *Henriq.*, lib. 13, cap. 7, n. 3, lit. o. — ¹⁶⁾ Loc. cit., n. 9. — ¹⁷⁾ Tr. 8, disp. 2, qu. 1, cap. 3, num. 3, v. *Dicitur vale.* — ¹⁸⁾ Part. 3, tit. 25, cap. 2, v. *Secundo*. — ¹⁹⁾ Tr. 10, cap. 3, n. 136. — ²⁰⁾ Lib. 7, n. 276 et 277. — ²¹⁾ Loc. cit., n. 138. — *Palaus*, tract. 29, disp. 2, punct. 16, num. 3. — *Coninck*, disp. 14, dub. 12, n. 119. — Avila, part. 2, cap. 6, disp. 9, dub. 10.

e) Palaus, loc. cit. n. 4, sententiam exponit absolute et sine conditione; allatam tamen conditionem in probatione indicat. Et Sotus, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 4, concl. 2, v. *Interdicitur et Ave*, dicit de his urbanitatis signis: « Fortasse ... non prohibentur, quamvis scrupulo non careat ».

f) Hoc verbum: *maxime* est S. Alphonsi; auctores enim citati haec signa concedunt solum personis publicis vel superioribus.

g) Suarez, disp. 15, sect. 1, n. 4, hoc non habet.

h) Laymann, lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 2,

num. 16, v. *Tertio*; Pellizarius, tr. 7, cap. 2, n. 58 et 60, excusant a communicatione subjectos, ut infra sub *humili*.

193. — a) Filiuccius, tr. 13, cap. 5, n. 84, dicit excommunicatum posse resalutari dicendo: *Deus te convertat vel illuminet*.

b) Krimer, in 5 decretal., qu. 39 n. 2000, id habet ex Palao quem non reprobatur.

c) Avila, part. 2, cap. 6, disp. 9, dub. 9, utique concordat; sed addit posse ei dici: *Deus te illuminet*.

d) S. Antoninus et Salmant. non loquuntur de injuriis.

quos^{a)}, ex cap. 32, de sent. excom. Illi- citum autem est excommunicato testari, licet testamentum sit validum, nisi ille sit usurarius. Vide Salmant.¹⁾. — « Item co- « habitationem, cooperationem, societa- « tem, v. gr. in contractibus, ita ut mo- « raliter censeatur communicare, quod « prudens aestimabit. Unde nec iter cum « eo, tamquam cum socio, facere licet ».

Non licet cum eo collaborare, sedere, sub eodem tecto vivere, dormire: intellige per modum societatis. Nam alias, cubare tantum ad quiescendum, etiam in eodem lecto, non vetatur. — Ita probabiliter Suarez²⁾, Bonacina³⁾, Palaus⁴⁾ et Salmant.⁵⁾.

195. — « Dicitur 5^o. *Mensa*, per quam in- « telligitur omnis convictus et convivia « per modum societatis et commercii; « qualis non est, si casu incidat in idem « hospitium, iter, mensam, imo lectum. — « Vide Bonacina »⁶⁾.

Non licet igitur communicare cum excommunicato in eadem mensa formaliter. — Idque accidit quando excommuni- catus invitatur alterum ad coenam; aut quando aliquis vitam communem agit cum excommunicato, esto non vescatur eisdem cibis, ut evenire solet in monasteriis et seminariis; in quibus, tametsi diversae sint mensae in eodem refectorio, nihilominus omnes censentur communicare in eadem mensa et refectione. Idem est quando multi invitantur ab excommuni-

¹⁾ Tr. 10, cap. 3, n. 139. — ²⁾ Disp. 15, sect. 1, n. 8 et 9. — ³⁾ Disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2, num. 5. — ⁴⁾ Tr. 29, disp. 2, punct. 17, n. 5. — ⁵⁾ Tr. 10, cap. 3, n. 137. — ⁶⁾ Disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2, n. 6. — ⁷⁾ Loc. cit., n. 6. — ⁸⁾ Loc. cit., n. 140. — ⁹⁾ Loc. cit., n. 6. — *Henriq.*, lib. 13, cap. 7, n. 3, lit. x. — *Fill.*, tr. 13, cap. 5, num. 88. — *Ugolino*, tab. 2, cap. 23, § 2, n. 3. — ¹⁰⁾ Disp. 15, sect. 1, n. 6. — ¹¹⁾ Tr. 10, cap. 3, n. 140. — ¹²⁾ Qu. 2, punct. 6, § 2, n. 6. — ¹³⁾ De Poenis Eccl., num. 197. — ¹⁴⁾ Suppl. Decal., cap. 3, num. 97. —

cato et in eodem cubiculo accumbunt, licet in diversis mensis; secus, si accum- bant in mensis valde disjunctis seu dis- positis in diversis cubiculis. Ita Suarez⁷⁾, Salmant.⁸⁾; et Bonacina⁹⁾ cum Henriquez, Avila^{a)}, Sayro^{a)}, Filiuccius, Reginaldo^{b)} et Ugolino.

Secus etiam, si quis ederet cum excom- municato in diversorio, adhuc in eadem mensa, ubi tamen unusquisque sibi inten- dit; ut Suarez¹⁰⁾, Salmant.¹¹⁾; et Bonacina¹²⁾ cum Sayro^{c)} et aliis. — Item secus si quis casu conveniat cum excommunicato in eadem domo, itinere vel mensa. Holzmann¹³⁾, Sporer¹⁴⁾; et Palaus¹⁵⁾ cum Suarez, Lay- mann, Sayro^{c)} et Hurtado.

Non autem convictus solum materialis.

196. — « *QUAERES I^o. Quale peccatum « sit communicare cum excommunicato « non tolerato? »*

« Resp. Communicatio in *divinis* cen- « setur mortale propter gravitatem ma- « teriae. — In *civilibus* autem (etsi inducat « minorem excommunicationem), secluso « tamen contemptu, tantum est veniale re- « gulariter. Suarez, Bauny, etc., Diana¹⁶⁾ ». [Ita etiam S. Thomas¹⁷⁾; Salmant.¹⁸⁾ cum Lezana, Suarez et communi]. « Quod adde « quia aliquando est mortale, ut si quis « cum excommunicato communicet in eo- « dem crimine, v. gr. si quis concubinam « excommunicatam cognoscat ».

197. — Distinguendum inter *peccatum* et *poenam* communicationis cum vitando:

¹⁵⁾ Tr. 29, disp. 2, punct. 17, n. 5. — *Suar.*, loc. cit., n. 6. — *Laym.*, lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 2, num. 16, v. *Nomine autem*. — *Gasp. Hurtad.*, de Excom., disp. 9, diff. 1, n. 5 et 6. — *Suar.*, disp. 15, sect. 2, a num. 2. — *Bauny*, Theol. mor., part. 2, disp. 6, qu. 5, v. *Dico 3.* — ¹⁶⁾ Part. 7, tract. 11, resol. 47; cfr. part. 5, tract. 9, resol. 2. — ¹⁷⁾ Suppl., qu. 28, artic. 3. — ¹⁸⁾ Loc. cit., num. 7 et 127. — *Lezana*, Sum., v. *Excommunicatio*, num. 44. — *Suar.*, loc. cit.

194. — a) A Salmant. citatur cap. Cum il- lorum 32, de sent. excom., pro validitate con- tractuum, quatenus in eo, uti dicunt Salmant., supponitur validam esse professionem ab ex- communicato factam. Citant etiam cap. Signifi- cantem 6, de eo qui duxit, etc., et cap. Inter dilectos 8, de donationibus, quae magis et presse ad rem faciunt. Praeterea Salmant. quasdam exceptiones ponunt, scilicet irritos esse ajunt, vel saltem irritandos, contractus initos ab haereticis vitandis eorumque fauto- ribus, sicut ab excommunicatis insordescen- tibus per annum in excommunicatione.

195. — a) Sayrus, lib. 2, cap. 13, n. 13, communicationem esse censet si mensae dis- ponantur in diversis cubiculis conjunctis. Idemque perspicue insinuat Avila, loc. cit., dub. 11.

b) Reginaldus, lib. 32, tr. 1, n. 86, censet esse prohibitum in eadem domo comedere si « ab eodem uterque esset invitatus, quia hoc esset communicare in eodem convivio cum illo ».

c) Sayrus, lib. 2, cap. 13, n. 15, ita docet, « modo eadem mensa non sit ». Quod adver- terunt nec Bonacina nec Palaus.

Peccat graviter communicans in divinis,

aut in crimine criminoso.

Probabiliter communicare frequenter in civilibus non est mortale.

Probabiliter est mortale.

Quoad *peccatum*, in duobus casibus communicans certe peccat graviter: 1^o. Si communicat cum eo in *divinis*, nisi excuset parvas materiae; juxta dicta n. 173, v. *Ac licet*; et n. 176, v. *Sicque*. — 2^o. Si communicat *crimine criminoso*, id est in eodem crimine sive contumacia ob quam lata est excommunicatio: v. gr. si quis suam concubinam excommunicatam post excommunicationem iterum cognoscat; ut habetur ex cap. *Si concubinae, de sent. excom.* Vel si quis post excommunicationem latam in aliquem ob furtum, concubinatum, etc., impendit ei auxilium aut consilium ne restituat, ne concubinam dimittat, vel ne exeat ab excommunicatione. Ita Bonacina¹, Suarez² et Salmant.³, ex cap. *Nuper, de sent. excom.*

198. — Dubitatur autem: *an sit mortale frequenter communicare in civilibus cum vitando?* — Adest duplex probabilis sententia:

Negant Navarrus⁴, Palaus⁵; ac Sayrus, Avila, Henriquez, Reginaldus, Diana, Leander, etc., apud Salmant.⁶. Quia communicatio in civilibus de se est tantum veniale: veniale autem per quamcumque multiplicationem non fit mortale. — Tunc autem dicunt Navarrus⁷ et Palaus⁸ cum Sayro^{a)} et Avila, frequentem communicationem esse mortalem quando ex ipsa communicatione crederet communicans excommunicatum sumere occasionem in sua contumacia perseverandi.

Affirmant vero probabiliter Suarez⁹, Bonacina^{b)}, Holzmann¹⁰, Sporer¹¹; et Salmant.¹² cum Villalobos, Coninck et Filiuccio. — Ratio, quia communicatio etiam civilis cum excommunicato vitando de se videtur materia gravis. Quod ma-

¹ Qu. 2, punct. 6, § 1, num. 8. — ² Disp. 15, sect. 2, an. 7. — ³ Tr. 10, cap. 3, n. 133. — ⁴ Man., cap. 27, n. 30. — ⁵ Tr. 29, disp. 2, punct. 18, n. 3. — ⁶ Sayr., lib. 2, cap. 11, num. 13. — ⁷ Avila, part. 2, cap. 6, disp. 8, dub. 3, concl. 2, v. *Ex dictis primo sequitur*. — ⁸ Henriq., lib. 13, cap. 8, num. 1, lit. b. — ⁹ Regim., lib. 32, tract. 1, num. 92. — ¹⁰ Diana, part. 5, tract. 9, resol. 2. — ¹¹ Leand., tr. 2, disp. 14, qu. 2. — ¹² Tr. 10, cap. 3, num. 128. — ¹³ Man., cap. 27, num. 30. — ¹⁴ Tract. 29, disp. 2, punct. 18, num. 3. — ¹⁵ Avila, loc. cit.,

xime probatur ex can. *Excommunicatos* [caus.] 11, qu. 3, ubi (ut diximus n. 188) Callixtus Papa aequè prohibet communicationem in divinis quam in humanis. Item probatur ex cap. *Exceptionem 12, de except.*, ubi communicans civiliter cum excommunicato dicitur *in periculum animae suae...communicare*; periculum autem animae utique importat periculum damnationis, quae non nisi per culpam mortalem incurritur. — Communicatio igitur etiam civilis tantum ex parvitate materiae potest esse venialis; ergo si actus multiplicentur et junguntur, erit mortalis.

Advertunt vero [Cont.] Tournely¹³ ac Suarez¹⁴, Holzmann¹⁵, Sporer¹⁶; et Salmant.¹⁷ cum Coninck, ad peccandum graviter non sufficere si quis frequenter, etiam per longum tempus, se junctim communicet cum excommunicato; sed requiri quod tales communicationes sint connexae saltem per modum unius objecti voliti, nempe cum quid habet propositum formale aut virtuale seu quasi ex habitu saepius communicandi longo tempore cum excommunicato, vel adsciscat eum sibi in socium aut famulum.

199. — Quoad *poenam* vero, communicans cum vitando sive in humanis sive in divinis incurrit tantum excommunicationem minorem^{a)}.

In tribus autem casibus incurrit etiam majorem: 1^o. Quando clericus scienter communicat in divinis cum excommunicato a Papa nominatim et denunciato, ex cap. *Significavit, de sent. excom.* Vide Salmant.¹⁸ cum communi. — 2^o. Quando excommunicatio est lata contra aliquem et simul contra participantes; tunc enim qui communicat cum illo (post monitionem

v. *Secundo dico*. — ³ Disp. 15, sect. 2, num. 11. — ¹⁰ De Poenis eccles., num. 198 et 199. — ¹¹ Suppl. Decal., cap. 3, num. 99. — ¹² Loc. cit., num. 129. — ¹³ Villal., part. 1, tract. 17, diff. 13, num. 4. — ¹⁴ Coninck, disp. 14, num. 149. — ¹⁵ Fill., tr. 13, cap. 3, num. 43. — ¹⁶ De Censur., part. 2, cap. 1, sect. 7, v. *Dico 1*. — ¹⁷ Loc. cit. — ¹⁸ Loc. cit. — ¹⁹ Loc. cit., num. 99. — ²⁰ Tract. 10, cap. 3, num. 129. — ²¹ Coninck, disp. 14, num. 491. — ²² Tract. 10, cap. 3, n. 131.

Requiritur connexio inter communicationes.

Interdum communicans cum vitando plectitur excommunicatione majori.

198. — ^{a)} Sayrus, loc. cit., n. 14, concordat, sed requirit ut praeterea haec malitia sit nota ipsi excommunicato.

^{b)} Bonacina, loc. cit., num. 6, ita sane

tenet ut probabiliter; sed, num. 7, existimat contrariam sententiam esse tutam in praxi.

199. — ^{a)} Quae tamen, uti superius notatum est, abolita est.

tamen) incurrit excommunicationem majorem, et non potest absolvi^{b)} nisi ab eo qui absolvere potest principalem. Ita S. Thomas¹, Palaus²; et Salmant.³ cum Avila, Hurtado, etc. — 3^o. Quando quis scienter communicat cum excommunicato vitando in crimine criminoso (juxta mox dicta n. 197); et hic absolvendus tantum a quo principalis absolvi potest, ex cap. *Nuper, de sent. excom.* Ita Salmant.⁴ cum aliis^{c)}. — Addunt autem, ibid., etiam episcopum excommunicantem excommunicationem majorem incurrere, si communicet in crimine criminoso.

200. — « **QUAERES II^o. An aliquando liceat cum non tolerato communicare?** »

« Resp. Quod sic extra divina, in his « quinque casibus ». — [Qui habentur in can. *Quoniam multos, caus. 11, qu. 3*, et in sequenti versiculo continentur:

1. *Utile*, 2. *Lex*, 3. *Humile*, 4. *Res ignorata*, 5. *Necessse*].

1^o *Utile*. 201. — 1^o. *Utile* intelligitur, « in casu utilitatis, sive *spiritualis* ipsius excommunicati, v. gr. ut convertatur; sive alterius, « v. gr. ut ab excommunicato consilium « petat, quod ab alio habere non potest; « — sive etiam utilitatis *temporalis*, v. gr. « ut ab eo restitutio vel debitum ex contractu exigatur. Contractus tamen non vos cum ipso inire non licet; etsi, si « ineantur, sint validi, cum nulla sit lex « irritans ».

Licet igitur ob bonum spirituale excommunicatum monere verbis vel litteris; et ideo antea vel postea, alia verba inserere, ex cap. *Cum voluntate, de sent. excom.*,

¹ Suppl., qu. 28, art. 2. — ² Tr. 29, disp. 2, punct. 18, n. 6. — ³ Tr. 10, cap. 3, n. 132. — ⁴ Avila, part. 2, cap. 6, disp. 10, dub. 5. — ⁵ Gasp. Hurtad., de Excom., disp. 9, diff. 3, n. 14 et 15. — ⁶ Loc. cit., n. 133 et 134. — ⁷ Sotus, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 4, concl. 5, cas. 1. — ⁸ Bonac., qu. 2, punct. 6, § 2, n. 10. — ⁹ Avila, loc. cit., disp. 11, dub. 2. — ¹⁰ Loc. cit., n. 142. — ¹¹ Coninck, disp. 14, dub. 12, n. 122 cum n. 118. — ¹² Avila, loc. cit., disp. 11, dub. 3, concl. 8. — ¹³ Tr. 10, cap. 3, n. 143. — ¹⁴ Sotus, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 4, post concl. 2, v. *Praedicatio autem*. — ¹⁵ Loc. cit., num. 143. — ¹⁶ Coninck, disp. 14, dub. 12, n. 121. — ¹⁷ Bonac., (non citat a Salmant); disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2, num. 12. — ¹⁸ Tr. 29, disp. 2,

^{b)} Soli Salmant. loquuntur de absolute ab ista excommunicatione.

^{c)} Vide infra in appendice excommunicationes 16 et 17 inter excommunicationes Romano Pontifici simpliciter reservatas ex constitutione *Apostolicae Sedis*.

ac signa benevolentiae ostendere. Sotus, Bonacina, Avila, Salmant.⁵. — Licet etiam concionem coram eo facere.

An autem liceat in theologia eum instruere? — Negant Coninck, Avila, etc. Sed affirmant Salmant.⁶ cum Soto et Sayro^{a)}; quia in hoc jam est utilitas spiritualis excommunicati.

Ob bonum autem sive spirituale sive temporale aliorum licet ab excommunicato concionem audire, consilium petere, si desit alius aequè idoneus. — Salmant.⁷ cum Coninck et Bonacina.

Licet etiam societatem prius initam cum eo continuare; item ab eo medicinas vel eleemosynam petere^{b)}. — Ita Palaus⁸, Suarez⁹, Bonacina¹⁰ et Salmant.¹¹ cum Coninck et Avila.

202. — 2^o. *Lex*, id est « in casu legis matrimonialis. — Quo modo uxori licet communicare cum marito et contra: nisi « factum sit divortium. Diana¹². — Non « tamen sponsus de futuro cum sponsa. « Diana¹³, ex Sayro, Sanchez et Filiuccio ».

Tam igitur excommunicato quam ejus conjugi licet petere et reddere debitum ut periculum incontinentiae vitetur, et in aliis omnibus mutuo conversari. Ita D. Thomas¹⁴, Bonacina¹⁵; et Salmant.¹⁶ cum Suarez, Sanchez et Palao. — Ex cap. *Inter alia 31, de sent. excom.*, ubi permittitur tam conjugibus quam filiis, famulis, etc., communicare cum excommunicato ut debitum ei obsequium praestent.

In tribus autem casibus nequeunt tales conjuges inter se communicare: 1^o. Quando ipsi sunt jam per divortium separati; ut

punct. 19, n. 2 et 5. — ² Disp. 15, sect. 3, num. 9. — ³ Loc. cit., num. 13 et 14. — ⁴ Loc. cit., num. 144. — ⁵ Coninck, loc. cit., num. 120 et 122. — ⁶ Avila, part. 2, cap. 6, disp. 11, dub. 4; et dub. 5, prob. 2 opinio. — ⁷ Part. 5, tr. 9, resol. 122. — ⁸ Loc. cit., num. 126. — ⁹ Sayr., lib. 2, cap. 14, num. 8. — ¹⁰ Sanchez., de Matr., lib. 9, disp. 14, num. 7. — ¹¹ Fill., tract. 13, cap. 6, num. 105. — ¹² In 4, dist. 18, qu. 2, art. 4, sol. 1. — ¹³ Loc. cit., n. 18 et 19, cfr. num. 24. — ¹⁴ Tract. 10, cap. 3, num. 145 et seqq. — ¹⁵ Suar., disp. 15, sect. 4, num. 1, 8 et seqq., et num. 14. — ¹⁶ Sanchez., loc. cit., num. 4, 16, 18 et 20. — ¹⁷ Palaus, loc. cit., num. 3, 5 et 7.

201. — ^{a)} Sayrus, lib. 2, cap. 14, num. 3, id concedit dumtaxat si fiat ea intentione ut melius instrui possit et ad conversionem facilius inducatur.

^{b)} Si nempe non inveniatur alius aequè idoneus, uti notant auctores citati. Praeterea

cum Busenbaum (ut supra) dicunt Bonacina¹, Salmant.² et alii communiter^{a)}. — 2^o. Quando excommunicatio lata est propter dubium valoris matrimonii; ut [Contin.] Tournely³, Holzmann⁴, et Bonacina⁵ ac Salmant⁶. — 3^o. Quando alter conjugum est ob haeresim excommunicatus^{b)}, ex cap. *Decrevit, de haeret.*, in 6^o: vide Salmant.⁷

Dubitatur autem 1^o. *An quis possit communicare etiam in divinis cum conjugis excommunicato?*

Prima sententia affirmat; et hanc tenent Salmant.⁸; ac Sanchez⁹ cum Navarro et Henriquez^{c)}. — Et probant ex can. *Quoniam*, ut supra [caus.] 11, qu. 3, ubi generaliter Gregorius VII videtur eximere conjuges (sicut etiam filios, famulos, etc.) ab anathemate, si communicent cum excommunicato in iis in quibus sunt soliti communicare.

Secunda tamen verior sententia negat; et hanc tenent Bonacina¹⁰, Concina¹¹, et Cajetanus ac Armilla apud Sanchez¹². — Ratio, quia in cap. *Inter alia 31, de sent. excom.*, Innocentius III, declarans praefatum textum Gregorii, dicit uxores et alios, ut supra, tunc tantum posse, imo et teneri cum excommunicato communicare,

¹ Disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2, n. 23. — ² Tr. 10, cap. 3, num. 148. — ³ De Censur., part. 2, cap. 1, art. 5, qu. 3, v. *Excusat 2.* — ⁴ De Poenis eccles., n. 202. — ⁵ Loc. cit., n. 21. — ⁶ Tr. 10, cap. 3, n. 148. — ⁷ Loc. cit. — ⁸ Loc. cit., n. 145 et 154. — ⁹ De Matr., lib. 9, disp. 14, n. 5. — ¹⁰ Disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2, num. 22. — ¹¹ Diss. 2, cap. 1, n. 36. — *Cajetan.*, Sum., v. *Excommunicatio*, tit. *Participatio cum excom.*, in princ. — *Armilla*, v. *Excommunicatio*, n. 44. — ¹² De Matr., lib. 9, disp. 14, n. 5. —

notandum est non omnes auctores citatos afferre cuncta exempla hic posita.

202. — a) Salmant. tamen addunt posse reconciliari, et tunc communicare etiam posse.

b) Aliqui, uti dicunt Salmant., excipiunt ex hoc capite, communicationem cum conjugis haeretico. Sed revera in cap. *Decrevit, de haeret.*, in 6^o, solum statuitur « quod propter haeresim maritorum, uxorum catholicarum dotes non debeant confiscari ».

c) Henriquez ita sane docet, *lib. 13, cap. 22, n. 2, comment.*, lit. l; sed, n. 3, v. f., addit: « Tutius in praxi est, ne ratione legis vel humilis, denuntiatus communicet in divinis ». Quod notat etiam Sanchez.

d) Palaus, *loc. cit.*, n. 15, hanc utique opinionem communem appellat, loquens de famulis; sed contrariam vocat probabilissimam.

quando id est necessarium ad praestandum obsequium ei debitum; uxori autem, ut praestet debitum obsequium viro, minime est necessarium quod cum eo communicet in divinis.

Dubitatur 2^o. *An conjux qui scienter nupsit cum excommunicato possit deinde cum ipso communicare?*

Prima sententia, valde probabilis et communior, negat. Eamque tenent D. Thomas¹³, Suarez¹⁴, Palaus^{a)}; et Salmant.¹⁵ cum Coninck^{a)}, Angelo et Sayro^{e)}; [Contin.] Tournely¹⁶, Concina¹⁷; item Filliucius, Cornejo, Faber, Gordon^{f)}, etc., apud Bossium¹⁸. — Probatur ex dicto cap. *Inter alia 31, de sent. excom.*, ubi dicitur concedi facultas uxoris et aliis personis subjectis communicandi cum excommunicatis, eodem modo quo possent et tenerentur ante excommunicationem; ergo, si subjectio contrahitur post excommunicationem, non datur ipsis licentia communicandi. Id probatur etiam ratione; quia subjectio illa fuit inique contracta et inique acquisita; unde non debent eximi ab onere censurae qui contra eam deliquerunt.

Secunda vero sententia affirmat. Et hanc tenent Sanchez¹⁹; Bonacina²⁰ cum

¹³ Suppl., qu. 23, art. 1, corp. — ¹⁴ Disp. 15, sect. 4, n. 6 et seq. — ¹⁵ Tract. 10, cap. 3, num. 148 et 152. — *Angel.*, v. *Excommunicatio VIII*, num. 13. — ¹⁶ De Censur., part. 2, cap. 1, art. 5, qu. 3, v. *Excusat 3.* — ¹⁷ Loc. cit., num. 36. — *Fill.*, tr. 13, cap. 6, num. 103. — *Cornejo*, de *Excom.*, disp. 10, § 10, dub. 2, qu. 2, v. *Sed difficultas est.* — *Faber*, in 4, dist. 25, qu. 1, disp. 4, n. 27. — ¹⁸ De Effect. Matr., cap. 1, n. 236. — ¹⁹ Loc. cit., n. 3. — ²⁰ Loc. cit., num. 18.

At in fine, loquens de conjugibus, absolute dicit eos hoc casu teneri ad mutuam communicationem. — Coninck, *disp. 14, num. 125 et 129*, tenet potius secundam sententiam, dicens eam esse etiam per se valde probabilem et forte veriore.

e) Sayrus, *lib. 2, cap. 14, n. 15*, hoc dicit de famulis; et noto auctores a Salmanticensibus citari pro famulis tantum, quamvis Coninck et Angelus loquantur etiam de conjugibus. Praeterea addo Sayrum inculcare hanc primam sententiam, n. 4, negando uxorem excusari a debito conjugali « ex superveniente excommunicatione ».

f) Gordon, *lib. 7, qu. 10, n. 73*, opinionem istam amplectitur, casu quo « uterque mala fide et durante alterius excommunicatione denunciata, contraxisset matrimonium ».

Juxta alios, conjux scienter nubens cum excommunicato nequit cum eo communicare.

Satisfit objectionibus.

Probabiliter potest.

Ugolino et Alterio; ac Bossius¹ cum Coninck, Turriano, Diana et Villalobos; et merito probabilem vocat Palaus^{a)} et Salmant.². — Ratio, quia in can. *Quoniam multos*, [caus.] 11, qu. 3, Gregorius indistincte et absque ulla restrictione concedit personis subjectis facultatem communicandi cum excommunicato.

Nec obstat textus oppositus in dicto cap. *Inter alia*. Ex eo enim quod ibi dicitur, nempe: subjectos teneri ad praestandum obsequium excommunicato eodem modo ac ante excommunicationem, minime evincitur non posse communicare qui tempore excommunicationis subjectio- nem contraxerunt. Imo, in tantum ibi dicuntur subjecti teneri communicare, quia obligatio contracta praestandi debitum obsequium non editur ob excommunicationem supervenientem. Unde, sicut obligatio illa non cessat ob excommunicationem supervenientem, ita nec ob antecedentem. — Neque obstat quod nemo potest se obligare ad illicitum, prout est communicare cum excommunicato. Nam hoc correret quando quis directe se obligaret ad communicandum; non vero, quando indirecte se obligat ratione contractus. Unde, quamvis illicite subjectio fuerit contracta, cum tamen contractus fuerit validus (prout certum est esse validum matrimonium cum excommunicato), ex eo bene oritur et viget obligatio debitum obsequium praestandi.

Et quod hic dicitur de conjugibus idem

Ugolino, tab. 2, cap. 23, § 6, n. 1. — *Alter.*, de Censur., lib. 1, disp. 15, cap. 2. — ¹ De Effect. Matr., n. 288. — *Coninck*, disp. 14, num. 125 et 129. — *Turrian.*, de Censur., lib. 2, disp. 13, dub. 2, vers. *Difficultas vero manet.* — *Diana*, part. 5, tr. 9, resol. 122; cfr. etiam resol. 123. — *Villal.*, part. 1, tr. 17, diff. 13, n. 12. — ² Tr. 10, cap. 3, n. 152. — ³ Disp. 15, sect. 5, n. 3 et 4. — ⁴ Disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2, num. 28. — ⁵ Disp. 2, punct. 19, num. 10. — ⁶ Tr. 10, cap. 3, num. 149. — *Cornejo*, de *Excom.*, disp. 10, § 10, dub. 2, qu. 3. — *Suar.*, loc. cit. — *Sotus*, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 4, concl. 5, cas. 3. — ⁷ Part. 5, tr. 9, resol. 118 et 119. —

203. — a) Cum hac limitatione: « Filius emancipatum quatenus filius est communicare posse parenti excommunicato, licet quatenus emancipatus est vitare illum debeat; in iis quae sunt propria filii, non prout filius est, sed prout est sub patria potestate ». Ita Suarez, cui consentiunt Bonacina et Cornejo.

b) Navarra, *Man.*, cap. 27, n. 26, innuit,

dicunt praefati auctores de filiis et famulis.

203. — 3^o. *Humile*, id est, « in casu subjectionis. — Quo modo possunt filii etiam « emancipati ». [Ut probabiliter dicunt^{a)} Suarez³, Bonacina⁴, Palaus⁵; et Salmant.⁶ cum Cornejo et Suarez, contra Sotum, Navarrum^{b)}, etc.] — « addit Diana⁷ ex « adoptivi vel illegitimi, imo etiam nepotes, pronepotes, et in eodem genere afines^{c)} ». [Ut nurus, privigna, etc. Salmant.⁸ cum Suarez, Palao, Bonacina, etc.] — « communicare parenti; servi et ancillae domino, si ante excommunicationem fuerint in servitio.

« Similiter religiosi praelato: non tamen, nisi quoad eam communicationem « quae ab habitantibus in eadem familia « evitari non potest. Diana⁹, contra Sotum^{d)}. — Vide Filliucium¹⁰, Laymann « et Bonacina¹¹ ».

Sic pariter excusantur omnes servientes, etiam gratis, et tota familia excommunicati ex can. *Quoniam multos* et cap. 34, de sent. excom. Vide Salmant.¹². Ita etiam milites possunt communicare cum duce excommunicato, ex dicto cap. 34. Non autem vassalli cum suo domino, ex can. *Nos sanctorum*, [caus.] 15, qu. 6, nisi quoad solutionem tributorum, si ligati sint juramento fidelitatis; ut Salmant.¹³ cum Suarez, Avila, Cornejo. Attamen judico saepe istos alias excusari ratione necessitatis vel utilitatis. — Item religiosi

Cornejo, loc. cit. — *Fill.*, tr. 13, cap. 6, n. 108 et seqq. — *Gasp. Hurtad.*, de *Excom.*, disp. 9, diff. 4, num. 21. — ⁵ Tr. 10, cap. 3, num. 149. — *Suar.*, disp. 15, sect. 5, num. 7. — *Palaus*, disp. 2, punct. 19, n. 9. — *Bonac.*, qu. 2, punct. 6, § 2, num. 29. — ⁹ Part. 5, tr. 9, resol. 127. — ¹⁰ Tr. 13, cap. 6, n. 125. — *Laym.*, lib. 1, tr. 5, part. 2, cap. 2, n. 16, v. *Tertio*. — ¹¹ Qu. 2, punct. 6, § 2, n. 26. — ¹² Tr. 10, cap. 3, num. 150. — ¹³ Loc. cit. — *Suar.*, disp. 15, sect. 6, n. 2 et 3. — *Avila*, part. 2, cap. 6, disp. 11, dub. 9. — *Cornejo*, de *Excom.*, disp. 10, § 10, dub. 2, qu. 3, v. *Circa tamen*.

dicens per *humile* excusari filios « quos secum habet ».

c) Non tamen omnes eodem modo eademque mensura.

d) Sotus, in 4, dist. 22, qu. 1, art. 4, concl. 5, scribit: « Et idem [quod de filiis et famulis] censent de subditis in religionibus respectu praelatorum, tametsi hoc Richardus et Paludanus gratis negent ».

Idem valet pro filiis et famulis.

3^o. Humile.

Juxta alios, uxor, filii, etc. possunt communicare in divinis.

Verius negatur.

possunt communicare cum suis praelatis excommunicatis. Suarez¹; et Palaus² cum Bonacina, Sayro et communi, contra paucos.

An vero famuli excommunicati ejusdem domini possint inter se communicare?

Per se certe non possunt; cum in citato can. *Quoniam*, [caus.] 11, qu. 3, id eis non conceditur. — Possunt tamen per accidens; eo quod moraliter obligantur simul cohabitare. Ita Suarez³, Navarrus⁴, Bonacina⁵; et Palaus⁶ cum Hurtado, Sayro et Ugolino. Hoc tamen intelligendum quando ipsi serviunt impulsu necessitate se sustentandi, et insuper non possunt commode dominum illum relinquere.

204. — Notandum autem 1°. Quod sicut filii, uxores et famuli possunt cum excommunicato communicare, ita parentes, mariti et domini possunt communicare cum filiis, uxoribus et famulis excommunicatis. — S. Thomas⁶, Palaus⁷, Bonacina⁸; et Salmant.⁹ cum Soto, Henriquez, Cornejo, Avila, Coninck et Hurtado.

Notandum 2°. Famulos, uxores aut filios non posse communicare cum excommunicato in divinis; nisi tantum in iis, in quibus communicatio est necessaria ad praestandum obsequium illi debitum; ut mox supra diximus n. 202, *Dubit. 1.* — Hinc famuli licite comitantur dominum ad Missam, ac licite jussi ministrant celebranti excommunicato, aut cum eo officium recitant; ut dicunt Suarez¹⁰ et Salmant.¹¹ Hoc tamen intelligendum, quando famuli vi contractus tenentur ad hujusmodi obsequia exhibenda. — Secus, si non obligantur vi contractus, aut si obsequia

illa sint extraordinaria, nec ad suum famulatum pertineant; ut recte ait Suarez¹². — Ubi bene pariter advertit non posse celebrantem uti clerico excommunicato, si commode alium adhibere possit.

Notandum 3°. Quod si famuli veniunt in familiam domini excommunicati, vel locant ei operas suas ante excommunicationem; vel etiam post excommunicationem, sed bona fide, quia nesciunt excommunicationem, vel quia coguntur a necessitate gravi: non peccant, et bene possunt communicare cum illo eodem modo ut supra. Peccant vero si scientes veniunt et sine necessitate. Ita Suarez¹³, Palaus¹⁴ et Salmant.¹⁵ cum Coninck. — An autem in hoc casu teneantur postea discedere, et peccent communicando? Vide mox supra dicta, n. 202, *Dubit. 2.* de eo qui matrimonium contraxit cum excommunicato. Idem enim currit pro famulis locantibus excommunicato operas suas; ut dicunt auctores ibi citati.

205. — 4°. *Res ignorata*, id est « in casu » ignorantiae juris vel facti ».

Certum est quamlibet ignorantiam aut inadvertentiam inculpabilem, sive juris sive facti, excusare communicantes cum excommunicato; ex dicto can. *Quoniam multos*, [caus.] 11, qu. 3.

Sed dubitatur an excuset etiam ignorantia culpabilis et crassa?

Negant Bonacina¹⁶ et Salmant.¹⁷; quia Ecclesia imponit excommunicationem communicantibus cum vitando semper ac communicatio est peccaminosa.

Affirmant vero satis probabiliter Suarez^{a)}, Holzmann^{b)}; et Palaus¹⁸ cum Co-

cit., qu. 2, v. *Sed an econtra*, et qu. 3, v. *Sed an vice versa*. — Avila, loc. cit., disp. 11, dub. 5, v. *Sed est difficultas*, et dub. 7. — Coninck, disp. 14, dub. 12, n. 123. — *Gasp. Hurtad.*, loc. cit., n. 23. — ¹⁰ Disp. 15, sect. 5, n. 22. — ¹¹ Tr. 10, cap. 3, n. 154. — ¹² Loc. cit. — ¹³ Loc. cit., n. 13 et 17; cfr. sect. 4, n. 6. — ¹⁴ Tr. 29, disp. 2, punct. 19, num. 14 et 15. — ¹⁵ Loc. cit., num. 151. — Coninck, disp. 14, n. 125 et 127. — ¹⁶ Punct. 6, § 2, n. 41. — ¹⁷ Loc. cit., cap. 3, n. 155, cum cap. 1, n. 196 et 197. — ¹⁸ Loc. cit., n. 24.

205. — a) Suarez, *disp. 15, sect. 3, num. 3*, dicit id « fortasse » verum esse, et loquitur de excusatione a minori excommunicatione.

b) Holzmann, *de Poenit. eccles. n. 202*, dicit ignorantiam, « saltem si sit invincibilis » excusare a culpa communicationem cum excommunicato.

Quid de famulis venientibus in familiam excommunicati.

4°. Res ignorata.

Probabiliter excusatur ignorantia crassa.

ninck^{c)} et Hurtado. Et probatur ex eodem can. *Quoniam multos*. — *Primo*. Quia, cum ibi expresse excusentur ignorantes, videntur omnes quomodocumque ignorantes excusari, et damnari tantum scienter communicantes. — *Secundo*. Quia, cum Pontifex excuset ignorantes, videtur aliquem favorem velle concedere culpabiliter ignorantibus; dum ignorantes inculpabiliter ipso jure naturae excusantur. — *Tertio*. Quia (et hoc fortius urget) in dicto canone Pontifex asserit moveri ad praedictam indulgentiam concedendam, *quoniam multos* (sic enim ibi incipit loqui)... *pro causa excommunicationis perire* (nota), *quotidie cernimus, partim ignorantia, partim... simplicitate, etc.* Ergo Pontifex intelligit excusare etiam vincibiliter ignorantes; nullus enim perit ex ignorantia invincibili.

206. — 5°. *Necesse*, id est « in casu necessitatis, sive animae, sive corporis, sive » bonorum temporalium ».

Excusatur igitur quaevis necessitas gravis^{d)}, sive spiritualis, sive temporalis, sive communicantis, sive excommunicati, sive aliorum, si res non possit haberi ab alio quam ab excommunicato; ut communiter Bonacina¹, Palaus²; et Salmant.³ cum Avila, Hurtado, Sayro et Lezana. Idque

Gasp. Hurtad., disp. 9, diff. 4, n. 26. — ² Disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2, n. 57 et seqq. — ³ Tr. 29, disp. 2, punct. 19, num. 28. — ⁴ Tr. 10, cap. 3, num. 157. — Avila, part. 2, cap. 6, disp. 11, dub. 13. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 9, diff. 4, n. 29 et 30. — Sayr., lib. 2, cap. 14, n. 29 et seqq. — *Lezana*, Sum., v. *Excommunicatio*, n. 49. — ⁵ Loc. cit., n. 157. — ⁶ Decal., lib. 1, cap. 10, num. 68. — ⁷ Man. conf., cap. 22, n. 82; cfr. cap. 27, n. 27. — ⁸ Loc. cit., n. 26. — ⁹ De Censur.,

patet signanter ex cap. *Si vere 34, de sent. excom.*, et dict. can. *Quoniam multos*. — Sic pariter excusatur necessitas per coactionem metus: quia lex humana non obligat cum gravi incommodo; ut recte addunt Salmant.⁴, juxta dicta *Lib. I, n. 175*.

207. — Ultimo autem hic advertendum quod nemo tenetur excommunicatum vitare, nisi moraliter ei constet illum esse vitandum, vel ad minus sciat per publicam famam vel per testimonium duorum saltem dignorum fide: cuius enim unico testi credere non tenemur^{a)}. Ita Sanchez⁵, Navarrus⁶, Palaus⁷, [Contin.] Tournely⁸; et Salmant.⁹ cum Bonacina, Avila et Cornejo. — Bene tamen advertit [Contin.] Tournely¹⁰ quod in dubio an quis sit vitandus, non licet ab eo suscipere sacramentum Poenitentiae propter periculum illud invalide percipiendi.

Dicunt autem Suarez¹¹, Palaus¹², Bonacina¹³; et Salmant.¹⁴ cum Covarruvias^{b)}, Avila, Cornejo et Hurtado, quod licite communicare possumus cum eo qui fuit excommunicatus, si adsit fama publica de ejus absolutione; vel etiam si ipse excommunicatus (qui alias sit fide dignus) se absolutum fuisse asserat, possumus ei credere.

part. 2, cap. 1, art. 5, qu. 4. — ⁸ Tr. 10, cap. 5, n. 156. — *Bonac.*, loc. cit., n. 42 et seqq. — *Avila*, loc. cit., disp. 11, dub. 11. — *Cornejo*, de Excom., disp. 10, § 10, dub. 2, qu. 4. — ¹⁰ Loc. cit. — ¹¹ Disp. 15, sect. 3, n. 7. — ¹² Tr. 29, disp. 2, punct. 19, n. 27. — ¹³ Disp. 2, qu. 2, punct. 6, § 2, n. 56. — ¹⁴ Tr. 10, cap. 3, n. 156. — *Avila*, loc. cit., dub. 11, concl. 6. — *Cornejo*, loc. cit., dub. 2, v. *Dico ultimo*. — *Gasp. Hurtad.*, loc. cit., n. 28.

c) Coninck, citatus utique a Palao, dicit, *loc. cit., n. 124*: « Saepe contingere ignorantiam, eo quod aliquo modo culpabilis sit, non excusare omnino a peccato, excusare tamen ne incurrat poena statuta iis qui cum excommunicatis communicant ». Sed, *disp. 13, n. 95*, ad quem locum remittit lectorem, dicit probabiliorum et in praxi sequendam sententiam quae docet « nullam ignorantiam excusare a censura, quae non esset sufficiens ut excusaret a peccato mortali, si ea absolute ignoraretur rem esse illicitam ».

206. — a) Sapienter notant Hurtadus et Sayrus necessitatem ob quam avertitur prohibitio communicationis non esse scrupulose examinandam, quia ubi examinatur necessitas, vix deficiet manifesta utilitas, quae etiam sufficit ad excusandam dictam communicationem.

207. — a) Non omnes auctores citati pro quavis asserti parte allegantur. Sanchez enim loquitur solum de certitudine habita per publicam famam. — Cont. Tournely de eadem habita per testes fide dignos. Item, Navarrus, *Man., cap. 27, n. 27*, qui insuper, *cap. 22, n. 82* negat obligationem credendi unico testi, sed in hoc ultimo loco tractat de existentia impedimentorum matrimonii. — Salmant. concordant quidem, sed addunt hanc moralem certitudinem insuper haberi posse per confessionem ipsius rei (et hoc dicit etiam Cont. Tournely), vel testificationem parochi ostendentis litteras excommunicationis; et idem dicit Palaus de parochio. — Bonacina, Avila et Cornejo ut Salmant. loquuntur.

b) Covarruvias, *in cap. Alma mater, part. 1, § 2, n. 6*, de fama loquitur et concordat.

Aliquando famuli possunt inter se communicare.

Domini possunt communicare cum sibi subiectis excommunicatis.

Quandoque licita communicatio in divinis.

In dubio de aliquo vitando non tenemur vitare.

Limitatio.

e) Navarrus, quamvis citetur etiam a Palao pro hac sententia, eam tamen non habet loco citato, *Man., cap. 27, n. 27*, neque alibi, quantum investigare potuerim. Nisi forte rem significet, n. 27, i. f., ubi scribit: « Per *necesse* excipitur qui participat propter magnam necessitatem propriam vel excommunicati... ».